



1. Rhey J. Urbani /  
Catechismus, sprachl.  
furth, 1545.
2. ——— Medicina  
Animi, 1545.
3. ——— Doctrina  
certissima contra  
Derperationem propter  
peccata, & Cap. IV.  
ad Romanos, 1545.




4 Dialogus inter  
penitentem et Sata,  
nam Francofurti  
1545

inter  
.  
45



00 Ne Reginus Wolanus






DOCTRINA CER  
TISSIMA ET CONSOLA-  
tio solidissima atq; firmissi-  
ma contra desperationem  
propter peccata, è quarto  
Capite ad Roman.

ITEM,

*Dialogus inter Satanam & pœ-  
nitentem peccatorem.*

PER D. VRBAN.  
Rhegium.

1545.





# AMPLISSI

MO ET PRVDENTISSIMO VIRO  
D. Hieronymo Vucitzendorffo, Consuli Lun-  
burgensi, Domino suo in Christo obseruando, Io-  
annes Frederus Pomeranus, Gratiam &  
Pacem in Christo.



VM in gratiam  
p̄ij cuiusdam uiri  
(cui Satan, ut ip-  
sum ad desperati-  
onis præcipitium  
adigeret, nō unū  
uulnus ignitis telis suis inflixerat)  
Dialogum inter Satanam & pecca-  
torem pœnitentem, olim à D. Vr-  
bano Rhegio germanicè scriptum,  
in linguam latinam uertissem, casu  
incidit in libellum ab eodem autho-  
re in lingua Germanica ante annos  
aliquot fratri tuo foelicis memoriae  
dedicatū, quem propter argumen-  
ti



N V N C V P A T .

ticum altero similitudinem, uerten-  
 dum quoq; esse, & alteri cōiungen-  
 dum duxi. Absoluta autem eius li-  
 belli uersioe, forte uenit ad nos Do-  
 minus Gerardus Herberdingus, in  
 Ecclesia uestra mysteriorum diui-  
 norum fidelissimus œconomus, uir  
 sano iudicio, excellenti pietate, sin-  
 gulari candore ac morum suauita-  
 te, cui cum narrasem me libellum,  
 olim à Domino Urbano fratri tuo  
 inscriptum, latinitate donasse, sta-  
 tim apud me pleno ore deprædica-  
 re cœpit eximiam pietatem tuam,  
 ardentissimum in iuuanda Ecclesia  
 studium, multosq; eam ob rem ab  
 ipso statim repurgatæ religionis ini-  
 tio sumptos labores, paternum in  
 Christi ministros amoris tui affe-  
 ctum, summam in administranda Re-  
 pub. fidem, indefatigabilem laborũ  
 maximorum tolerantiam, admiran-  
 dam prudentiam, excellentem sapi-

A ij



## EPISTOLA

entiam, humanitatē ueneranda qua  
 dam grauitate ac maieſtate tempe-  
 rataim, aliasq; uirtutes multas tuas,  
 atq; etiam, ut hanc meam uerſiōem  
 ad perpetuam uirtutū tuarum me-  
 moriam tibi consecrarem, author  
 mihi fuit. Equidem ab eo sic instiga-  
 tus, tibi potiffimum etiam dedican-  
 dam hanc uerſionem duxi, ut ſicut  
 reliquorum defuncti fratris tui bo-  
 norum hæres fuiſti, ſic hæres quoq;  
 huius boni ac theſauri ipſius eſſes.  
 Cur enim non connumerarem &  
 hoc inter bona fratris tui & in parte  
 aliqua ſcælicitatis ipſius, q; uir maxi-  
 mus, cuius clara uolat totum nunc  
 fama per orbem, cuius etiam monu-  
 menta genium habitura & ad oēm  
 poſteritatem duratura eſſe non du-  
 bito, quiq; electum in Eccleſia his  
 temporibus organum & rarum o-  
 pus fuit, q; tantus, inquam, uir ipſi  
 honeſtiſſimæ & ſanctiſſimæ memo-  
 riæ



N V N C V P A T.

rię perpetuitatem huius libelli dedi-  
 catione consecrauit. Honestus ru-  
 mor alterum est patrimonium, in-  
 quit Mimus. Et sapięter monet Iso-  
 crates, ut honestam famam potius,  
 quàm ingentes & amplissimas diui-  
 tias filijs relinquamus, quòd diuitiæ  
 mortales, fama sit immortalis, quę  
 per famam opes cõparari possint,  
 pecunijs uero fama nunquã redima-  
 tur: item quod diuitiæ etiam improbis  
 accedant, at famę gloria non possit  
 nisi præstantibus uirtute uiris con-  
 tingere. Verba eius sunt: *ὅθεν πλείο-  
 νος τοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πολλοῦρον μίσην  
 τοῖς πωσι καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς,  
 ἡ δὲ ἀθάνατος. Ἐδὲ μὲν χεῖματα κτη-  
 τὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὄνητή. Ἐτὰ  
 μὲν Ἐρῖς Φαύλοισι πρᾶγνίεται, τὴν δὲ  
 οὐχοῖόν τε, ἀλλ' ἢ οὐδὲ διενεγκόντας κτή-  
 σθαι.* Et Salomon ait, Melius esse no-  
 men bonum, quàm unguenta preciosa,  
 hoc est, quàm omnia ea, quę in terris





## EPISTOLA

precij alicuius quantumuis magni  
æstimatiõem habent. Nam per un-  
guentum intelligit balsami precio-  
sissimi odoris lachrymam, quam o-  
pobalsamum uocant, quod in eo po-  
pulo fuit in maiori precio, q̄ aurum  
apud nos. Cum igitur D. Urbanus  
fratri tuo honestæ memoriæ æterni-  
tatem inscriptiõẽ huius libelli in lin-  
guã germanica pepererit, non dubi-  
to quin hanc nominis sui immortali-  
tatem corruptibilibus ac fluxis o-  
mnibus fortunæ bonis longè præ-  
tulerit.

Ac cum ad T. P. caduca fratris  
tui bonâ hereditario iure peruene-  
rint, huius quoq; præstantioris bo-  
ni ac preciosioris thesauri te esse hæ-  
redem uolui, ut non tantum fratris,  
sed tui quoq; nominis memoria in  
Ecclesia celebraretur. Sicuti cele-  
brari ad omnem posteritatẽ dignis-  
simus es, tum ob excellentem pieta-  
tem



N V N C V P A T .

tem, egregiam sapientiam, aliasq;  
 maximas uirtutes tuas, tum ob mul-  
 tos labores non tantum pro Repu-  
 sed pro Ecclesia etiam & Schola sus-  
 ceptos. Quam te mirificum Scholę  
 patronum, quam fidum ac diligen-  
 tem Ecclesię nutricium præstiteris  
 semper, non ab uno intellexi. Et hoc  
 uel uno nomine dignus es immorta-  
 li laude. Nullum enim decus magni-  
 ficentius, nullus labor sanctior, nul-  
 lum opus Deo gratius, quam Scho-  
 larum (quę Reip. & Ecclesię semi-  
 naria sunt) diligentem curam age-  
 re, et Ecclesię nutricium, ut Prophe-  
 ta uocat, esse. Hinc æterna manet  
 ueræ te gloria laudis. Hinc tua per-  
 petuos uirtus florebit in annos.

Hęc monumenta etenim magis æ-  
 re perennia duro. Egregium decus  
 & ueræ uirtutis honores Nulla po-  
 test unq̃ cariosa abolere uetustas.

Atq; utinam q̃ plurimi essent inter





## EPISTOLA

eos, qui ad gubernacula sedent, tui  
 similes, qui pari studio ac fide studi-  
 is atq; Ecclesiæ consultū cuperent,  
 qui ex animo uerbi Dei amantes in  
 q̄ prouehenda Dei gloria impigrio-  
 res, in constituendis probè Scholis  
 diligentiores, in numerandis stipen-  
 dijs minus astrictiores minusq; te-  
 naciores essent, quiq; Scholæ & Ec-  
 clesiæ ministris sic prospicerent, ut  
 possent se ac familiam commodè al-  
 lere, copiosa ac diuite librorum su-  
 pplementa (qua opus est docētibus)  
 bibliothecam suam instruere, *ὡς λό-  
 ξειναι* esse (tales enim Episcopus uult  
 esse Paulus 1. Tim. 3. & Tit. 1.) & re-  
 ponere etiam aliquantulum, quo  
 sumptus studioꝝ filijs suppeditent,  
 quo filias honestè elocent, quo eti-  
 am sese ac suos sustentent ac suble-  
 uent, si forte morbis difficilioribus  
 aut diuturnioribus impliciti, maio-  
 res solito sumptus facere necesse ha-  
 buerint



## N V N C V P A T .

buerint, quo & ipsis uita defunctis  
 uxor uidua ac liberi orphani alant,  
 ne mēdicare, duramq̄ famem, mise-  
 riamq̄ perpeti cogantur, quod ui-  
 demus euenire nonnunq̄. Vtinam  
 inquam non tam arcta annona tali-  
 um uirorum esset tui similitum, qui  
 Ecclesię ac Scholę tam cuperent be-  
 ne consultum, quiq̄ affectu aliquo  
 miserię, quam patiuntur ministri  
 Scholę atq̄ Ecclesię, tangerentur.  
 Nescio enim quĩ fiat, quod miseris  
 nobis mundus sic inuidet, ut singu-  
 los penè bolos in faucibus nostris  
 numeret, retortisq̄ & obliquis ocu-  
 lis exiguas etiã fortunulas nostras  
 aspiciat, uixq̄ crustulis aliquot pa-  
 nis nos dignos putet, cum tamen  
 Christus pronunciet operarium di-  
 gnum esse mercede sua, & D. Pau-  
 lus dicat duplici honore eos dignos  
 qui in uerbo laborant, moneatq̄ se-  
 rio ut hi qui docentur, illis à quibus

A v





## EPISTOLA

docentur, in omnibus bonis cōmun-  
 nicent, cumq̃ Deus uelit nos fru-  
 ctum aliquem ē laboribus percipe-  
 re, quis enim unquā militat suis fru-  
 pendijs? Quis plantat uineam et de  
 fructu eius non edit, aut quis pascit  
 gregem et de lacte gregis non edit?  
 Qui arat sub spe arante, & qui tritu-  
 rat sub spe spei sue particeps esse de-  
 bet. Qui in sacris operantur ex sa-  
 crificio uiuunt. Qui sacrario assi-  
 stunt unā cum sacrario partem acci-  
 piunt. Sic et Dominus ordinauit, ut  
 qui Euangelium annunciant ex E-  
 uangelio uiuant, 1. Corin. 9. Cumq̃  
 functiones he non ad priuatum que-  
 stum, sed ad publicam utilitatem in-  
 stituta, cum etiam longē sanctissi-  
 ma, honestissima ac omnium maxi-  
 mē necessaria munera sint. Quid e-  
 nim magis necessarium, quid saluta-  
 rius, quid honestius, quid sanctius,  
 quā propagare bonarum artium  
ac

ac re  
 uang  
 perib  
 mētib  
 rum  
 doce  
 conf  
 los. c  
 fuler  
 nion  
 dicia  
 offic  
 num  
 rū la  
 citu  
 relis  
 fit m  
 fcele  
 pran  
 miles  
 confi  
 te m  
 tem





## N V N C V P A T .

ac religionis doctrinam, latum E-  
uangelij nunciūm annūciare pau-  
peribus & sub peccatorū onere ge-  
mētibus, sanare contritos corde, ue-  
rum Dei timorem, ueram pietatem  
docere homines, cōscientiās anxias  
consolari ac cōfirmare, uiam in cœ-  
los cōmonstrare, animarū saluti con-  
sulere, ueras, salutes atq; pias opi-  
niones animis pueritiæ instillare, iu-  
dicia eorū recte formare, & ad uitæ  
officia instruere: cum etiam functio-  
num Scholasticarū & Ecclesiastica-  
rū labores sint pleni molestiarū, solli-  
citudinū atq; periculi. Sed hīc que-  
relis non est locus. Cum uerò tanta  
sit mūdi nunc in multis locis plusq̃  
scelerata ingratitude atq; inuidia, o-  
ptandū esset q̃ plurimos esse tui si-  
miles, qui occurrerent hīc Satanæ  
consilijs, nihil aliud hoc Stratagema  
te molientis, q̃ ut à studijs iuuentu-  
tem deterreat, atq; hoc modo tandē  
& pu.



## EPISTOLA

& puriorē religiōem subuertat. Nā  
 cum defunt p̄mia uirtuti ac laborib.  
 minus etiam uirtus colit̄ & cunctan  
 tius grauatimq̄ labores suscipiunt̄,  
 p̄sertim tam molesti tamq̄ periculis  
 pleni. Tu uero hoc etiam noīe p̄pe  
 tuo celebrari dignus es, q̄ hac mun  
 di summa ingratitude nihil deter  
 ritus, filios tuos (ut audio) diuinis in  
 genijs & magnis uirtutibus p̄ditos,  
 ā primis annis curasti bonis artibus  
 atq̄ liberalib. disciplinis, ueraq̄ pie  
 tate institui, ac postea in clarissimas  
 Academias, in qb. solidā iuris cogni  
 tionē sibi cōpararent, reꝛq̄ usu ac  
 prudentia sese instruerēt, ablegasti.  
 Et hoc sanctissimum & prudentissi  
 mum consilium tuum, etiam foelicif  
 simum successum habuisse ex ani  
 mo tibi gratulor. Audio enim prae  
 clarā filios illos tuos expectatio  
 nem de se excitasse, & tanta foelici  
 tate in legum studijs uersatos esse,  
 ut

ut iam  
 suaeq̄  
 Ob ha  
 tes m  
 moria  
 Et ho  
 studio  
 Prud  
 incom  
 uolui  
 q̄ clar  
 liae in  
 nis na  
 odorē  
 ti, cur  
 parat  
 gē ma  
 tibus  
 tines.  
 pro fi  
 quid  
 sultu  
 lingu



N V N C V P A T.

ut iam sint patrię gloria magna suę,  
 suęq; familię summo ornamento.  
 Ob has itaq; ac reliquas tuas uirtu-  
 tes maximas, dignus es cuius me-  
 moria in Ecclesia perpetuo extet.  
 Et hoc animo honoris nominis tui  
 studiosissimo hanc uersionem Tuę  
 Prudentię, oblata hac non prorsus  
 incommoda occasione, inscribere  
 uolui, ut memoria nominis tui, tuę  
 q; clarissimę & honestissimę fami-  
 lię in omnibus Christianę religio-  
 nis natiõibus extaret, suauissimũq;  
 odorẽ instar preciosi istius unguen-  
 ti, cui bonam famam Salomon com-  
 parat, ubiq; spiret. Et si autem lon-  
 gè maius ac splendidius opus uirtu-  
 tibus tuis ac dignitati isti quam ob-  
 tines, conueniebat: tamen spero te  
 pro summa tua humanitate, hoc q;e  
 quid est exigui munusculi boni con-  
 sulturum esse, cum author ipse in  
 lingua germanica fratri tuo non do-  
 nãrit

Nã  
 rib.  
 stan  
 inf,  
 ulis  
 ppe-  
 nun  
 ter-  
 is in  
 tos,  
 bus  
 pie-  
 mas  
 gni  
 ir ac  
 asti.  
 tiffi  
 licif  
 ani-  
 rã-  
 tio-  
 licif  
 se,  
 ut





EPISTOLA

nârit maius, cumq; præter hunc fra-  
tri tuo dedicatum ego addiderim et  
alterum, cumq; non tam doni ma-  
gnitudo, q̄ donatoris animus spe-  
ctari debeat. Bene & foelicissimè  
Vale in Christo, qui te cum tuis o-  
mnibus ad Reipub. atq; Ecclesiæ u-  
tilitatem quàm diutissimè seruet in-  
columnem. Ex Hamburga,  
Mense Nouem-  
bri,

HONE

TIS  
roDo



ment  
& uer  
ad R  
dum g  
uerso  
quoc  
nem c  
entijs  
pius, u  
culca  
& in  
cordi  
Deus  
missi  
factab  
Christ



# HONES

TISSIMO ET PRVDENTI VI  
ro Domino Henrico Vucitzendorffio, cha  
rissimo & fidissimo compatri  
suo, Urb. Rhegius.



RATIAM Dei in Christo  
Cum nuper de uera securita  
te & pace æterni regni Chri  
sti pro concione docerē, Do  
mine et cōpater charissime,  
inter alia citaui ad eius argu  
menti explicationem, hanc quoq; insignem  
& uere auream D. Pauli sententiam, e cap.  
ad Rom. 4. Ex fide datur hæreditas, ut secū  
dum gratiam, & ut firma sit promissio uni  
uerso semini. Hæc sententia, id quod tum  
quoq; dixi, ueram & solidam consolatio  
nem omnibus anxiijs ac perturbatis consci  
entijs suppeditat, & dignissima esset, quam  
pius, ut articulos suæ fidei, quotidie sibi in  
culcaret & recenseret, summumq; thesaurū  
& inestimabile cimelium suum esse duceret,  
cordiq; penitissime infigeret, cū doceat, qd  
Deus causam iustitiæ & salutis nostræ fir  
missimo et solidissimo suæ æternæ et illabe  
factabilis ueritatis atque misericordiæ in  
Christo promissæ fundamento imposuerit,



## EPISTOLA

ut pius de Dei propicia uoluntate & gratia  
 nec debeat nec possit dubitare, sicuti sub Pa  
 pau miserime seducti sumus, cum homi  
 num iusticia atq; salus miseris & infirmis  
 nostris operibus alligaretur, conscientię q;  
 miserabiliter cruciarentur atq; excarnifica  
 rentur, sic ut nunq̄ quicq̄ uerę pacis, quietis  
 ac tranquillitatis habere, nec in Domino, iu  
 xta D. Pauli doctrinam, unq̄ uere gaudere  
 potuerint, cum semper dubitandum illis fu  
 erit, an in Dei gratia essent nec ne. In hanc  
 præclaram & insignem D. Pauli sententiã  
 breuem explanatiunculã, qua tum pro con  
 scriptione fere usus sum, tibi gratificaturus con  
 scripsi, eamq; ut magnificias, measq; exig  
 nas facultates, & paruum quidem munus  
 hoc meum, sed animum gratissimum erga  
 te boni consulas rogo, donec maius  
 aliquod opus adorna uero. Vale  
 in Christo, qui te & lectissi  
 mam fœminam uxo  
 rem tuam in itera  
 fide Christi  
 cõseruet.

SOLIDÄ



# SOLIDA

DOCTRINA ET VERA CON-  
solatio, qua animi propter peccata  
anxi, & ad desperationem  
uergentes erigi pos-  
sunt.



ERE diabolicus error est  
docere, q̄ homo non debe  
at nec possit certo statuere,  
Deum sibi esse propiciū,  
aut se esse in gratia Dei, ue-  
luti in Papatu doctum est,

sub quo scelerate huc detorserunt uerba Sa-  
lomonis, perperam intellecta: Nescit homo  
amore an odio dignus sit, Saram hunc erro-  
rem ideo inuexit, ut Christum obscuraret  
& sepeliret, atq; ita fidem in Christum in to-  
tum extingueret, inque locum fidei du-  
bitationem & uacillantem obscuramq; ima-  
ginationem & opinionem, imo febrile som-  
nium substitueret, in quo nemo in extremo  
agone & ueris tentationibus subsistere poss-  
et, sed desperare cogeretur.

Nam qui de propicia Dei uoluntate ac  
gratia dubitat, nec credit Deū propter Chri-  
stum sibi esse propiciū, nec ab eo sibi oīa

B



EX III. CAP. ROM:

III. peccata condonari, is uere pius non est, & in hac incredulitate non potest non dānari.

Certe fides in Christum, uerū Christia num duntaxat facit. Dubitatio & incredulitas non facit Christianum. Credere & dubitare non est idem. Credere aliud est, quam dubitare.

III. Qui igitur in dicto iam errore hæret, is nõ credit duodecim articulos fidei nostre Catholicę, in quibus diuina gratia in Christo clare & certo nobis proponitur & offertur, Quo modo igitur qui fide Christiana uacat, Christianus esse potest? Nec talis unquã ullam orationem Dominicam uere orat. Ore enim duntaxat sonat hæc uerba: o pater cœlestis & omnipotens, Cor uero ipsius nullam in Deum fiduciam habet, nec credit, q̃ pater misericors sit, sed dubitat de Dei gratia, an misericors sit nec ne, an peccata ipsi condonaturus sit nec ne. Plectrum lingue dicit, Credo in Iesum Christum, Credo remissionem peccatorum. Sed cor non credit, q̃ uere Christus pro peccatis nostris sit mortuus, q̃q̃ morte sua ueniam peccatorum nostrorum promeruerit.

Qui uero ad hunc modum uacillat ac dubitat, is non potest non in extremo agone



CONSOL: VRB. RHEG.

ne uitę desperare. Si desperat, Ergo dam-  
natur etiam. Habet enim malam conscien-  
tiam, nulla Christi cogitatione pęditus est,  
non credit Euangelio. Quam igitur spem  
de uitaę eterna habere potest?

Seductores & duces illi cęci, docu-  
erunt sub Papatu, qđ nemo debeat aut  
possit certo statuere, an in Dei gratia sit nec  
ne. Qui in hoc errore fuerunt, quid quęso  
crediderunt? an non tanquam uento quo-  
dam nunc huc, nunc illuc circumlati sunt?  
an non omni plane fide caruerunt? an non  
miseram, incertam, dubiamq; uitam uixe-  
runt? Qui scire potuerunt an opera ipsorum  
Deo placerent? Quomodo aliter cogitare  
potuit homo qđ sic, Sum quidem baptiza-  
tus, studui etiam bonis operibus aliquādo,  
sed an Deo placeant opera mea, an mihi  
peccata condonare uelit, ignoro. Mala ope-  
ra uincunt numero bona opera, plus feci  
mali qđ boni. Eheu actum est mecum.

Qui ad hunc modum uacillat ac du-  
bitat, quam, quęso, spem habere po-  
test in mortis agone? quę est ipsius fides?  
cui rei fidit? Satan, & propria consci-  
entia accusant eum de peccatis, dicentes:

B 2



EX III. CAP. ROM.

Qui male egit, damnabitur. Tu nunq̄ mandata Dei impleuisti, peccator nullus saluari potest. An non Christus dicit: Si uis in uitam ingredi serua mandata: Tu uero ea nō seruasti. Hic nulla spes reliqua est, sed homo his cogitationibus obrutus, despondeat animum necesse est,

Papiste docuerunt miseros nos homines, spei fundamentum esse Dei gratiam & operum meritum, aut spem esse expectationē futuri beatitudinis, prouenientem ex gratia & meritis nostris. Item spem non posse existere sine meritis nostris. Quidam ex philosophis sic definit. Spes est audacia mentis de largitate Dei concepta, habendi uitam eternā per bona merita. Hic audis duo, gratiam & merita. At hæc duo male coherent una: Vbi enim gratia est, ibi non est meritum. Et ubi meritum est, ibi non est gratia. Si egrotus igitur tentatus de peccatis credidit, q̄ sine meritis non potuerit sperare uitam, certe nō potuit gratiæ Dei fidere, neceam apprehendere & ei in edificare. Nam sic doctus fuit, q̄ præsumptio esset, si quis diceret, oportere nos certos esse de gratia Dei, non propter propria opera, aut merita nostra. In hac falsa persuasione hætenus fuimus. At nemo in tentationibus ueris fidere potuit suis meritis aut operibus. Hic enim est Dei  
lex

C  
lex ac  
non i  
opera  
care,  
iuben  
nos e  
fuisse  
tero  
num  
peder  
cum f  
ra seu  
igit n  
atq; d  
Qu  
& salu  
hac qu  
tioner  
nos o  
data D  
sed de  
taxat p  
bet m  
mur in  
missio  
nibus  
urea c  
ciam &  
non sin





CONSOL. VRB. RHEG.

lex accusans eū & omnes homines q̄ eam non impleuerint. Vbi sunt igitur bona illa opera, in quæ egrotantem spem suam collocare, & propter quæ salutem expectare eū iubent. In ueris tentationibus experimur nos esse peccatores, & uitam nostram totā fuisse malam, aut talem quæ iudicio Dei se-tero opponi non possit, & q̄ nullum bonum opus fecerimus. Seductores isti alterū pedem spei, uidelicet, gratiam, hoc ipso mā cum fecerunt. Alter uero pes, uidelicet opera seu merita, iā ante claudicat. Non potest igit̄ nō spes salutis concidere, & desperatio atq; damnatio consequi.

Quod autem operibus nostris iusticiam & salutem promereri non possimus & q̄ VII. hac quidem in parte, quantum ad iustificationem attinet, nihil ualeant nihilq; iuuare nos omnino queant opera nostra, q̄ mā data Dei in hac uita implere nō possimus, sed defectus, uicia, & peccata nostra dun-taxat per legem discamus, id non opus habet multa probatione. Quotidie id experi-mur in nobis ipsis, q̄ caro nostra sine inter-missione contra spiritum pugnet, q̄ q̄ om-nibus bonis operibus nostris sese affigat, ut ea corrumpat, aut q̄ propter carnis mali-ciam & prauitatem ipsa etiā bona opera non sint pura, Rom. 7. Gal. 5. & 1. Ioan. 1.



EX III: CAP. ROM:

Si dixerimus, peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & ueritas non est in nobis. Et omnes sancti orant in precatione Dominica quotidie, Remitte nobis debita nostra. Esa. 64. Sumus ut in mundi oculos, & quasi pannus menstruatus uniuersę iusticię nostrę. Si omnia Dei mandata impleuissimus, tamen nihil aliud fecissemus quod facere debuimus ex officio, nec quicquam nobis hoc nomine Deus deberet. Christus enim dicit Luc. 17. Cum feceritis omnia que precepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. Fecimus quod facere debuimus. Hęc Christi uerba certe nos humiliarent & pudefacerent, ne de nobis aut operibus nostris quicquam gloriaremur.

VIII.

Hęc tamen non dicuntur ut operum dignitatem extenuemus, aut a bene operando homines deterreamus. Docet enim scriptura nos, studium bonorum operum sine intermissione colendum, & uult ut zelosius bonorum operum. Sed operibus nemo fidere debet, quasi his gratiam promereri, peccata expiare, æternamque salutem propter ea consequi posset. Nam si salus & uera iusticia, que coram Deo ualet, ex operibus esset, Christus frustra mortuus esset. Galat. cap. 2.

Bona opera in suo genere ualent, & sunt



## CONSOL. VRB. RHEG.

um usum habent, suaq; in suo gradu dignitate pollent. Pius bonis operibus summo studio studere debet, ut faciat uoluntatem Dei domini sui, qui precepit ut bene operemur, ut Domino Deo suo se approbet, ut Deus pater noster celestis per ea glorificetur, *Mat. 5.* Est item bene operandum ut Deo ihs propter infinita beneficia ac dona ipsius, grati simus, *Phili. 2.* Item ut per opera bona fidem exerceamus, & ut opera fidei meę testimonia sint, ideo seruiunt mihi & proximo meo. Proximo meo seruiunt primum bono exemplo, quoad Christianam uitam & ipse inuitatur. Deinde ut ei in omni necessitate illis operibus subueniatur. Mihi uero seruiunt ad exercitium fidei meę, ad castigationem ac mortificationem carnis meę, & me in uocatione mea firmum & certum reddunt. 2. *Petri 1. cap.*

Nam si amicis & inimicis beneficio, si que sentio id e corde ultroneo, proficisci, tum uideo & statuo, fidem meam esse uiuam & ueram fidem, quę e damnatis peccatoribus reddit ueros Dei filios. *Ioan. 1. Gal. 3.*

Porro bona opera sunt ea opera, *IX.* quę homo in Christum credens ex fide in sua legitima & honesta uocatione, iuxta



EX IIII: CAP. ROM:

X. prescriptum & formam Decalogi facit.  
 Mala uero opera & peccata sunt, omnia illa  
 opera, quæ sine fide & dilectione fiunt, &  
 quibus fidimus & innitimur, aut quibus  
 speramus nos gratiam Dei merituos, pec-  
 cata expiaturus, & regnum Dei empturos,  
 id quod e diametro pugnat cum fide Chri-  
 stiana. Nam fides Christiana in edificat nos  
 petra solidiori, uidelicet Christo peccatorum  
 expiatori, & propiciatorio unico, qui gra-  
 tiam nobis acquisiuit, peccata deleuit, &  
 salutem pro meritis est. Hæc fides non sinit  
 conscientias uacillare, & dubitare de Dei  
 gratia. Nam opus huius fidei est, conscien-  
 tias pacificare. Rom. 5.

XI. Vera Catholica & uiua fides, de qua lo-  
 quimur, est cum homo plane persuasum  
 habet, firmiter credit, nec dubitat se habere  
 Deum propiciam patrem, per Christum,  
 cui in omni ne celsitate, in omnibus difficul-  
 tatibus, omni tempore, ut filius tenere ama-  
 tum amantissimo patri suo se credit & com-  
 mittere totum, omnem spem suam in ipsum ponit,  
 ipsum inuocat & plena fiducia nihil non  
 auxilij, solacij, & boni ab eo expectat. Hæc  
 fides purificat corda nostra, Act. 15. Hæc fi-  
 des per charitatem est efficax, habetque spiritum  
 sanctum, qui nos impellit & excitat, ut  
 imitemur exemplum Christi, qui uestigia  
 nobis



CONSOL. VRB. RHEG:

nobis omnium bonorum operum & patientię in afflictionibus reliquit, quibus insisteremus, & ad nos dixit Ioan. 15. Hoc est preceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, Amici mei estis, si feceritis quę ego precipio. Qui me diligit, uerba mea seruat. Ioan. 14. & Ioan. 13. Exemplum dedit uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. In hoc cognoscet oēs qđ discipuli mei sitis, si dilectionem habueritis inter uos mutua. Et Lucę. 14. Qui non tollit crucem suam & sequitur me, non est meus discipulus.

Vbi non est pœnitentia, & emendatio uitę ad frugem meliorem, ubi non est studium bonorum operum, ibi nec ueram fidem esse certum est. Vera enim fides non est sine bonis operibus, ut bona arbor non sine fructibus, ut sol non est sine calore. Hoc certissimum est. Quare se probe exploret & in se respiciat quisq; ne se ipsum seducat. Multi sunt qui opinantur se credere, cum tamen non credant, quod est flagitiosa & perditata uita sua facile animaduertere possent. Nam ubi uera fides est, ibi est etiam Deitator, ibi est pœnitentia, ibi sequitur uita Christiano digna, ibi uetus homo exiuit, nouus induitur, Eph 4. quod sacrosancti Baptisminostri opus & efficacia est, ut fides



EX III. CAP. ROM.

innouet & transfermet Christianum hominem, qui ambulet non secundum carnem, sed secundum spiritum .Ro. 8.

Vbi uero Dei gratia in nobis multa bona opera operatur, ubi Dei precepta prestare incipimus, non statim uetus homo moritur, sed caro cum suis concupiscentijs per totam uitam in nobis tumultuatur, & lasciuir, ad peccandum nos sollicitans, spiritusq; reluctatur, in omnibus bonis operibus remoras & impedimenta subiiciens, quo minus legem impleamus. Quapropter cum tentatio de peccatis, cumq; metus mortis irrui in nos, tum non potest conscientia nostra operibus fidere, non potest uel pacem uel auxilium, uel solacii quicquam in ihs inuenire, sed necesse est, si perire non uult, ut cum pio illo rege Dauide in simili difficultate ad Deum clamet, **N**o intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Bona opera nostra quantumuis magna, bona, ac prestantia sint, tanta tamen illorum dignitas non est, nec hoc illorum officium est, non ideo a nobis fieri debent, aut a nobis Deus ea fieri uult, ut per ea iusti & salui fiamus. Non itaq; operibus suis fidere debet quisquam, non possunt liberare nos e morte, sed id prestant solum Christi preciosissimi

ma



CONSO L. VRB. RH EG.

ma opera . Huic soli nec ulli aliq̄ debetur  
hæc gloria & hic honor, ut uocetur Iesus,  
hoc est, Saluator. Solus enim expiat peccata,  
iustos & saluos nos facit p̄ opera et passionē  
suā. Hoc est propriū ipsius op̄, munus, effici-  
ciū & ministeriū, propter q̄d a suo et no suo  
patre coelesti in mūdum missus est, Ioan. 3.

Si ergo sancta Dei mandata & opera  
non adferunt pacē conscientiaē, quid faciet  
pusillanimitis & miser homo in temp̄state  
& procellis tentationum? quo confugiet?  
quo uertet cor suum? ubi opem, solaciū,  
& pacem quæret? Nam si de salute periculi-  
tari noluerimus, necesse est ut conscientia  
certo statu at peccata cōdonata sibi esse. Vnde  
de igitur hanc certitudinem animus concipi-  
et? Respondeo. In illis tentationibus ne-  
cesse est ut homo legem & opera sua bona,  
& quicquid suum ipsius est, omnes suas  
uires, omnem facultatem, omnia merita se-  
ponat & ableget, inq; suo genere ualere  
sinat. Hic enim nihil opis adferre possunt.  
Sola Christi opera & passio hic auxilium  
ferre queunt. Quare necesse est ut statim  
a lege ad opulentiam & misericordem Dei  
patris in Christo promissionem, tanquam  
ad asylum æternæ securitatis ac pacis con-  
fugiat, eamque promissionem firma fi-  
de apprehendat, & mordicus teneat. Tum  
auxiliū, solaciū, pacis & securitatis satis





EX IIII. CAP. ROM:

ac plus satis inueniet, tum neq; peccatum,  
neq; mors, neq; inferi, ullam ei iniuriam in  
ferre possunt.

Promissio autem Dei hæc est. Omnipotens  
Deus nobis damnationi obnoxijis pec-  
catoribus, in Christo filio suo unigenito  
unico redemptore nostro, sine conditione  
nostrorum meritorum ex gratuita & mera  
gratia, remissionem omnium peccatorum,  
spiritum sanctum, & uitam æternam pro-  
misit, q; in æternum pater noster esse uelit, &  
q; nos dignaturus sit recipere in filios æter-  
naq; beatitudine donare. Hoc est nō uum  
illud testamentum, æternū illud fœdus gra-  
tiæ per Christum, in Christo & inter ipsos  
firmatum, perq; sanguinem ipsius Christi con-  
firmatum, de quo Prophetæ tam magnifi-  
ce loquuntur.

Hæc sunt certa, firma, æterna, infallibilia,  
inconcussa, & illabefactabilia. Deus qui  
omnipotens est, quiq; mentiri non potest,  
nobis promisit, & per se ipsum sancte, id  
se facturum iurauit Heb. 6.

Christus Dei filius hoc testamentum sua  
morte confirmauit, & huius promissionis  
diuinæ certissima arra est. Dei ueritas & grā  
in Christo nobis reposita & proposita est, in  
eo eam certo inuenimus. Veluti de Christo  
uero nostro Dauide loquitur Deus Pater in  
Psal

Hic xxxi.

Heb. viij.

Heb. ix.

ij. Corin. 6.



CONSOL. VRB: RHEG:

Psalmo 89. Veritas mea & misericordia  
mea cum ipso, & in nomine meo exaltabi-  
tur cornu eius. Ipse sic uocabit me; Pater me-  
us es tu. Deus meus & susceptor salutis  
meę. Et ego primogenitū ponā illum, excel-  
sum prę regibus terre. In æternum seruabo  
illi misericordiam meam, & testamentum  
meum fidele ipsi. Et ponam in seculum se-  
culi semen eius, & thronum eius sicut dies  
coeli. Si autem dereliquerint filij eius legem  
meam, & in iudicijs meis non ambula-  
uerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum &  
in uerberibus peccata eorum. Misericordiā  
autem meam non dispergam ab eo, neque  
fallet ueritas mea. Neq; prophanabo testa-  
mentum meum, & quę procedunt de labijs  
meis non faciam irrita. Semel iuravi in san-  
cto meo si Dauid mentiar, semē eius in eter-  
num manebit, & thronus eius sicut sol in cō-  
spectu meo, & c.

Hęc promissio legitur & 2. Reg. 7. Lo-  
quitur autem in hac prophetia Deus de eter-  
no regno Christi, in quo eterna misericor-  
dia, pax & securitas est. In Christum enim  
repositus suam ueritatem & misericordiam.  
In Christo igitur nec usq; alibi inuenimus  
& consequimur hanc promissionem gratis  
In illo promisit nobis uitam gratis pro sum-  
ma sua misericordia, Qui igitur in Christū



## EX III. CAP. ROM.

de eo certius est quod promittitur, sed credit, is habet omnia. Et quamuis in regno Christi infirmi adhuc peccatores sint, qui nonnunquam labuntur & titubant, hanc tamen prerogatiuam habent & priuilegium, quod peccatum ipsis non imputatur ad damnationem. Omnia illorum peccata sunt filiorum peccata non seruorum. Pace & saluo conductu muniti sumus a periculo mortis & damnationis: Vt max. lapsi fuerimus, non tamen propterea perimus. Fides enim Christiana affigit nos Dauidi Christo ut unus spiritus fiamus. In Christo habemus ueritatem promissionis & in æternum permanuram misericordiam, quæ pater ille cœlestis nos infirmos filios non sicut in ætæraumpuniturus in ira sua, sed cum gratia temporaliter aut in hac uita sic castigaturus, ut reuocet nos ad poenitentiam. Sic Dei gratia mansura est firma inconculsa & certa, nec unquam ea excidemus, si modo hunc Dauidem Christum, esse regem nostrum crediderimus & omnem fiduciam in illum fixerimus.

Estque diligenter obseruandum quod dicit. Veritas & misericordia mea cum ipso. Si est ueritas, non potest fallere & frustrari nos. Si est gratia, ergo non est per opera nostra & per legem, ac proinde



CONSOL. VRB. RHEG:

omnia contingunt in Christo & propter Christum, qui suis operibus & passione cuncta hæc nobis promeruit.

Esa. 55. Inclinate aurem uestram & uenite ad me, audite & uitet anima mea, & feriam uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Iere. 31. Hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dabo legem meam in uisceribus eorū, & in corde eorū scribam eam, & ero eis in Deum & ipsi erūt mihi in populū, quia propiciabor iniquitati eorū, & peccati eorū non memorabor amplius.

Sic Apostolus Heb. 8. & 10. hæc uerba Ieremię citat, probaturus quod tædus gratiæ aut nouum testamentum inter Deum & nos iam per mortem Christi erectum & confirmatum sit, Deumque non amplius esse iratum iudicem, sed amantissimum & indulgentissimum patrem omnium Christi fidelium, peccataq; iam omnia deleta & condonata esse.

Hoc æternum gratiæ fœdus uocat D<sup>s</sup> Paulus Gal. 3. itidem testamentum qđ firmū & ratū māsūrūerat. Sic in gens. Hominis cōfirmatū testamentū nemo spernit aut super ordinat. Si hominū testamēta semel facta & cōfirmata, firma et rata sūt, quāto magis firmum futurum est Dei testamentum.



EX IIII. CAP. ROM.

Hæc testimonia euincunt & probant fortissime & irrefutabiliter, q̄ promissa gratia in Christo firma & certa sit, ut nemo pius de beat, aut possit de Dei gratia & remissione peccatorum dubitare, sed constanter Dei promissioni, quæ fallere & mentiri non potest, inherere.

Quod quæso cor tam lapideum & adamantinum esse posset, ut hac certissima, firmissima, ac suauissima promissione non mollesceret, ad concipiendam fidem aut fiduciam in promissam Dei gratiam? An nõ securos nos redderent hæc uerba, Fœdus, Testamentum, promissio, iururandum, misericordia. Et omnia hæc non facit homo q̄ fallere potest, sed æternus Deus, pater noster cœlestis, qui ueritas ipsa est.

Horrenda cæcitas est in nobis, q̄ cum Deus ipse nos ad gratiam suam uocet, & gratias per misericordiam peccatorum remissionem nobis promittat, cumq̄ ob id filiũ suũ unigenitũ in mundũ miserit, ut is esset certa arra diuinæ gratiæ & promissionis, q̄ nihilo fecius tamẽ plus nitimur & fidimus nostris miseris operibus, q̄ in eternum manente uerbo & illabefactabili Dei ueritati.

Eheu q̄ multæ nobiles animæ, miserandum in modum per erratica illa opera in desperationem adductæ sunt, Semper lex  
dun



## CONSOL. VRB. RHEG.

duntaxat prædicata est, nihilq; aliud docuerunt, q̄ q̄ magna Deus a nobis merito exigeret, item q̄ magni peccatores, q̄ mali & corrupti essemus, item q̄ irasceretur Deus peccatis, q̄ horrenda supplicia nos manerēt. Sed nemo docuit populū fideliter promissionem Dei, Evangelium Christi, in quo conscientię anxiet̄ & perturbatę discunt q̄ immensam gratiam Deus nobis in Christo promiserit & gratis donet, quibus promissionibus se conscientię erigere & confirmare potuissent contra omnes inferorum portas.

Nos cæci & miseri mendici Deo operulentissimo de nostro largiri, & promereri omnia, nec stipem gratis nobis ab ipso dari, nihil ex gratia ab ipso accipere uolumus. Hinc factum est, q̄ Christus rite prædicatus non est, sed solus Moses: Semper sic fit, quando iuxta errorem Iudaicum, Dei præcepta duntaxat docentur, promissionesq; diuinę subtrahuntur & supprimuntur, tum nihil aliud fit, q̄ q̄ conscientię bonę indicibili anxietate, sollicitudine atq; inquietudine onerantur & intrlicantur, nec exonerantur aut consolatione eriguntur. At qui homines uult uere pios reddere & conscientiam serenare ac tranquillare, necesse est, ut is duo hæc, legem & promissionem, semper

C



## EX IIII. CAP. ROM.

coniungat, sicuti Prophete, Christus & Apostoli in docendo semper coniunxerunt.

Per legem homines in peccatorum suorum, suæ <sup>videlicet</sup> infirmitatis & impotentie ad bonum, sui officij & commertij supplicij cognitionem deduxerunt, ut coram Deo sese demitterent & humiliarent, sensu iudicij diuini perterriti ex animo penitentiam agerent de peccatis, & ueniam expeterent. Non docuerunt legem sic, quasi sufficeret, scire quid faciendum, quid non faciendum esset, & quasi nostris uiribus possemus omnia bona facere & mala omittere, ac sic per legem & opera nostra iusti coram Deo fieri & peccata expiare. Non in hunc finem, non in hanc sententiam docuerunt legem, nec ideo lex data est, ut nos debeat aut possit coram Deo iustificare, sed ut iusticiam a nobis exigat, & ut minetur nobis, quo per examen & exactionem illam (ubi eam iusticiam a nobis exegerit, nec inuenit) nostram maliciam & iniusticiam agnoscamus, & ut agnoscentes miseriam nostram, expauescamus, utque contrito & humiliato corde ad Christum statim confugiamus, qui nos per suam promissionem, opera & merita iustificat solus.

Salutem non possumus nos promereri lege aut operibus. Multo maius, multo prestantius



CONSOL: VRB. RHEG.

stantius & excellentius bonum est, q̄ ut mi-  
 sellis illis operibus nostris eam mereri pos-  
 simus. Deus eam promisit se gratis daturū  
 ex misericordia propter Christum, eamq̄  
 dat ex gratia credentibus in Christum, ue-  
 luti D. Paulus Roma. 6. uitam æternam uo-  
 cat donum Dei. Sic & Gal. 3. ponit illustre  
 discrimen, & certam sententiam profert de  
 lege & promissione, quomodo ad iustifica-  
 tionem nostri conferant. Diligenter obser-  
 uanda sunt uerba Pauli. Illis enim tanq̄ fū-  
 damento nititur causa iustificationis: sunt  
 autem uerba D. Pauli hæc: Si ex lege est hæ-  
 reditas, non iam ex promissione. Atqui  
 Abrahæ per promissionem donauit De-  
 us. Si data fuisset lex quæ possit uiuificare,  
 uere ex lege esset iusticia. Sed conclusit Scrip-  
 tura omnia sub peccatum, ut promissio ex  
 fide Iesu Christi daretur credentibus. Et  
 Cap. 2 ait: Si per legem est iusticia, igitur  
 Christus frustra mortuus est.

Vbi igitur primum homines per legem  
 peccata sua agnouissēt, & p̄terrefacti dolo-  
 rent de peccatis & de malicia naturali, po-  
 stea proponebat illis Euangelium, hoc est,  
 promissa gratia in Christo. Tum incipie-  
 bant uere credere, & gaudere in cordibus  
 suis, propter promissam gratiam, & q̄ De-  
 us propter Christum remissionem pecca-



## EX IIII. CAP. ROM.

torum donasset.

Sic D. Paulus in iam citato loco, consolatur uera consolatione miseros & desperabūdos peccatores. Ducit enim eos tantum ad Dei p̄missionem, eamq; illis inculcat, nam per solam eam conscientię nostrę eriguntur & tranquillantur. Docet & legem seu p̄cepta Dei, diligenterq; ad bonorum operum studium inhoratur, idq; a pijs exigit, sed eo non est contentus, id illi non satis est, uerum indicat etiam, ubi alacritatem & promptitudinem bene operandi inuenire possimus.

Sic primum docebant legem propter p̄nitentiam, sed statim subiungebant & summa diligentia inculcabant Dei p̄missionem, ut homines perducerent in cognitionem opulentę gratię Dei in Christo p̄missę & donatę, docebantq; ubi accipientes essent uires implendi p̄cepta, cum peccatrix nostra natura id suis uiribus prestare non possit, Rom. 8. Hic declarabant & proponebant Apostoli, q̄ ineffabilem & inexhaustum thesaurum, & q̄ immensas diuitias gratię Deus nobis in Christo promiserit & dederit, si illum credimus, atq; ita miseros peccatores a lege deducunt ad Christū. Hanc Dei immensam gratiam oblatam suscipiebant & amplectebantur, credentesq; in



CONSOL. VRB. RHEG:

in conscientijs suis pacificabantur. Lex ter-  
ret quidem, sed anxios & perterrefactos nō  
potest erigere & consolari, aut ex anxietate  
liberare. Quare necesse est, ut confugiatur  
ad promissionem. In ea inuenitur iusticiæ,  
pacis, uitæ, & salutis abunde satis. Hinc di-  
cit D. Paulus Gal. 3. Lex pēdagogus noster  
fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur.  
Lex em̄ urget, instat, exigit, cogit, imperat,  
minat, & tanq̄ obtorto collo huc illuc nos  
trahit, cervicib⁹ nostris incūbit, requirit a  
nobis omnis generis bona opera, perfectā  
iusticiam, perfectam mūdiciem cordis, per-  
fectum timorem & dilectionem Dei & pro-  
ximi. At illa nostris uiribus præstare nō pos-  
sumus quæ exigit, atq; ita ad Christum nos  
ducit, aut pēdagogus noster est ad Christū.  
Is ad se perductos excipit, fert illis opem su-  
am, donatq; illis ea quæ lex requirit, ne eos  
lex unq̄ damnare possit.

Hinc D. Paulus uocat Christum Rom.  
10, τῆλος, finem legis, aut ut D. Augusti-  
nus interpretatur in Psal. 4, complementum  
legis. Christus est legis complementum aut  
impletio, qui in Christum credit, iustus est.  
Qui Christum habet, is habet omnia quæ  
lex requirit. Christus nobis Deum patrem  
nostrum reconciliauit. Is est mediator no-  
ster & æternus sacerdos. Is gratiam, is spiri-



## EX III. CAP. ROM.

tum sanctum cum suis donis, is remissionē peccatorum, is omnia bona, & uitam æternam nobis promeruit, is dat nobis iuxta uaticinium Iere. 31. cor nouum & molle, spiritum sanctum, ut præcepta ipsius præstare reinchoemus. Et cum ex parte carnales adhuc simus, cum carnem in totum deponere nequeam⁹, nec præcepta Dei plene & perfecte implere possimus, sit ipse nostra sapientia, iusticia, & redemptio, ita ut ipsius innocentia & omnia quę ipsius sunt, nostra propria fiant per fidem. Vbi Christum induimus, ubi in illum credidimus, ibi nihil est periculi, etiã si imbecilles adhuc sim⁹, modo non secundum carnem ambulauerimus, & sine poenitentia peccare perrexerimus. Nā labuntur quidem nonnunq̄ pii, sed resurgunt, non permanent in peccatis: & delectantur lege Dei secundum internum hominē, petuntq; indefinenter remissionem delictorum per Christum, & quod petunt, impetrant etiã.

Hęc omnia possunt in Abrahamo clarē & manifeste uideri. Abraham enim, inquit Paulus, est pater omnium Christi fidelium. In Abrahamo itaq; illustris & apertissima forma, typus, aut imago nobis proposita, in qua clare uidemus quomodo peccatorē iustum fieri oporteat, quod sit Christiane fidei



CONSOL. VRB. RHEG.

dei ingensum, quę eius energia, quę eius  
proprietas, quod eius opus, & quomodo  
conscientię pacificentur, an id fiat per opera  
an per fidem.

Quare qui uerus Abrahę filius, hoc est,  
uere pius, seu uerum Christi membrum  
esse uolet, is attente respiciat in suum patrem  
Abrahamum. Ibi inueniet, quomodo De-  
us nobiscum agat, quomodo sit erga nos af-  
fectus, & quomodo nos uicissim esse de bea-  
mus affecti. Id quod Paulus Rom. 4. & Ga-  
la. 3. diligenter & luculenter docet.

Primo, Abraham audit eximiam & pre-  
diuitem illam promissionem Dei, dicens  
ad illum. Noli timere Abrā, Ego protector  
tuus & merces tua magna nimis. Item: In se-  
mine tuo benedicentur omnes gentes, hoc  
est, a peccatis & morte aut maledictione li-  
berabuntur, & eterna uita donabunt. Hoc  
erat Abrahę lectum Euangelium. Huic pro-  
missioni credidit Abraham constanter, licet  
multis malis & calamitatibus sit uexatus. Et  
hec fides, hoc est, hæc fiducia in promissio-  
nem Dei, eum iustificauit. Idq; factum est  
430. annis ante datam legem Mosi. Non  
itaq; per legem aut opera, sed per fidem in  
Deum per Christum, semen ipsius benedi-  
ctum, iustus & saluus factus est. Sic & alios  
homines iustos fieri oportet. Non alia est



EX III. CAP. ROM:

uia, non aliud medium perueniendi ad salutem. Promissio Dei nos iustificat, si ei credimus, non lex aut opera.

Secundo. Hæc fides Abrahæ in Christū facit ex Abrahamo nouum hominem, aut innouat & mutat illius mentem & affectus, indit illi alias cogitationes, quas natura non habebat, Gaudet enim in Dño, & magnū concipit animum in Dño. Deum suū esse patrem statuit, qui in omnibus afflictionibus & necessitatibus ipsi auxilio esse & pos sit & uelit, seq; his promissionibus filius, in Dei manum totum tradit, infra sto & incon cusso animo, nihil dubitans se habere Deū propiciū, cui tam sit commendatus, & tā charus, q̄ est filius tenerrimus indulgentissi mo & fidelissimo suo patri, qui ipsi rex ani mo bene cupiat & ubiq; consultum uelit. Ideo in hac fide seu fiducia obedientiam Deo præstaturus confert se in montem, im molaturus filium suum dilectum. Vera em̄ fides non est infructuosa aut sterilis, sed fe rax bonorum operum, obedientiamque Deo debitam præstat. Iacob. 2. Gal. 2.

Tertio. Cor aut conscientia Abrahæ nō eratinquieta, sed quieta, & pacata per hæc fidem in Christum, quia non dubitabat de Dei gratia & amore erga se. D. Paulus Ro. 4. ipsius cogitationes & quomodo cor illius affectum



CONSOL. VRB. RHEG:

affectum fuerit describit, dicens, Abraham non infirmatus fide, ad promissionem Dei non hesitabat ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam Deo, certa persuasione concepta, quod is qui promiserat, idempotens esset & prestare. Quapropter etiam imputatum est illi ad iusticiam.

Statuebat in corde suo Deum esse omnipotentem & ueracem in suis uerbis aut promissionibus, qui non posset fallere aut desituere suos, Si in corde suo sic cogitasset, sicuti in Papatu docuerunt: Equidem non scio, an Deus me amet nec ne. Fortassis propicius non est mihi, nec mei curam agit, non respicit me, &c. Si inquam ad hunc modum cogitasset, si sic uacillasset ac nutasset, nunquam sane in animum suum induxisset sacrificare filium, nec passus fuisset se persuaderi, ut e domo patris sui in terram alienam, & in exilium proficisceretur, sed sic cogitasset. Malo id seruare mihi quod certum est, & quod iam habeo in manibus, quam id quod incertum est, & de quo dubium est an accepturus id sim nec ne. Quid? filium illum meum unicum ac dilectissimum tam crudeliter maectarem? Quis mihi daret alium? Quid? E loco domestico et comodissimo hospicio conferrem me in peregrinam terram exiliumque perpetuum? Que illa esset dementia? Nil



## EX IIII CAP. ROM

min<sup>o</sup> fieta me. Manebo in eo loco ubi sum,  
 in domo patris mei. Nec dilectum. illum fili  
 um meum tam contemptum habebō, non  
 tam parui faciam, ut instar pecudis mactare  
 uelim. Hęc inq̄ cogitasset, si non credidisset  
 constanter. Verum cum tā alacriter, aut  
 incunctanter domo patris sui relicta, in pere  
 grinam terram se conferat, cum q̄ filium  
 suum animo constanti & inconcusso in mō  
 tem ducat, ut eū in uictimam Deo mactet,  
 id quod natura ipsa omnibus suis uiribus  
 prestare non potest: est enim id plane con  
 tra naturam, quæ non potest non cohor  
 rescere & obstupescere ad hoc factum, cum  
 quis filium suum proprium & dilectum ma  
 ctat, hinc facile colligi & statui potest, q̄ cor  
 ipsius totum e Deo pependerit, quam de il  
 lo fiduciā habuerit, q̄ de Dei gratia & auxi  
 lio nihil omnino conscientia ipsius dubita  
 rit, q̄ persuasum ipsi fuerit, oīa Deum pre  
 staturum quę promiserat. Etenim nullum  
 cor dubitans & hesitabundum, tanta cum  
 alacritate ac lubentia spiritus facere potest il  
 la, quæ Abraham fecit, imo ne cogitare qui  
 dem, nec in animum inducere potest, ut ea  
 faciat.

Tam quieta, certa, & secunda erat Abrahe  
 conscientia per fidem in promissionē Dei,  
 ut Paulus in signi elogio Ro. 4. constantia  
 fidei



CONSO L. VRB. RHEG

fidei eius prædicet, quod & nobis obseruandum est, nec obliuioni unquam tradendum. Abraham (inquit) non infirmatus est fide, non hesitabat, sed robustus factus est fide, & certam persuasionem conceperat. Qua de re certo fuerat persuasus? De promissione Dei. Certo sciebat, & statuerat, persuasissimūque habebat Deum in promissione sua ueracem esse, & non mentiri. Id quod promittit, præstat ex gratia, & potens est id præstare. Est enim omnipotens. Nec promittit tantares propter merita nostra. Si iuxta & propter dignitatem meritorum nostrorum ea promitteret, nunquam præstare posset. Merita enim nostra nulla sunt. Sed promittit nobis infinita bona in Christo, siue ne firis meritis, ex gratuita & mera gratia. Ideo quæ dicit Paulus Gal. 3. quæ Deus Abraham benedictionem promiserit 430. annis antequam legem Moysi dedisset, ut nemo gloriari posset, le gratiam & promissam illam benedictionem legeat: bonis operibus meruisse, aut ut gratuiti istius beneficii aut benedictionis promissionem expectare & accipere non posset, nisi ante ipse Dei legem perfecte impleuisset.

Quocirca obseruet hic omnes pii propter Dei gloriam, quæ Abraham non infirmatus si fide, non hesitavit aut dubitavit ad promissionem Dei, de Dei erga se amore & gra



## EX III. CAP. ROM.

tia, Spiritus sanctus enim hic dicit, q̄ certā  
 persuasionem conceperit. Hanc uocem ob  
 serua. Si persuasissimus fuit, ergo non opi  
 natus est, non hēstrauit, sed certo statuit &  
 credidit. Non profectus est, quo iussus est  
 proficisci, in incredulitate & dubitatione,  
 quam nos Papistæ docuerunt: non cogita  
 uit, siue fiat siue non fiat, faciam quod ius  
 sus sum, sed conscientia ipsius fuit persua  
 sa, & de euentu certa ac segura, q̄q̄ ipsi De  
 us bene uellet & propicius esset, q̄ peccata  
 ipsi remisisset, iusticiam donasset, nec unq̄  
 ipsam deserturus & abiecturus, sed post hāc  
 uitam, æternam uitam daturus esset, prop  
 ter semen ipsius, quem expectabat, uidelicet  
 Christum.

Si Deus dixisset ad Abrahamum, Au  
 di Abraham. Propicius tibi futurus sum,  
 peccata tibi remittam, semper & ubiq̄  
 tibi auxilio meo adero, & tandem te saluū  
 faciam, sed hac conditione, si omnia mea  
 præcepta perfecte impleueris: Si hæc pro  
 missio, in q̄, conditionalem illam impletio  
 nem omnium præceptorum affixam habu  
 issent, tum Abrahæ conscientia nunquam  
 quieta & læta fuisset. Perpetuo enim dubi  
 tandum ei fuisset de Dei gratia & de remissi  
 one peccatorum, nec unquam certa persua  
 sione salutem sperare potuisset. Sic enim co  
 gita



CONSOL. VRB. RHEG.

gitandum ei fuisset. Conatus sum quidem obedientiam aliquam præstare præceptis Dei, sed perfectam obedientiam illis non præstiti, nec possum perfecte eam, quam debeo obedientiam præstare. Ergo promissa mihi benedictio, est incerta, & an eam sim accepturus, dubitare cogor. Neque enim præsto ea quæ Deus præcepit. Cum hac conditione promissit salutem, si perfectam obedientiam præceptis ipsius præstare. Sed tamen non præsto, nec possum præstare. Ergo nihil etiam daturus est mihi eorum quæ promissit. Ego nihil præsto. Ergo uicissim & ille nihil mihi præstaturus est. Inane itaque de salute spem foveo: Et inanem in omnibus quæ facio & tento, operam sumo. Si, inquam, Deus cum hac conditione benedictionem illam promississet, tum tandem Abrahamæ desperandum fuisset. Sed hanc conditionem non annexuit. Idcirco ideo fecit, ut nihil possemus dubitare, ut certa esset promissio.

Et hoc exigit Deus, ne de ipsius gratia ambigamus & hæsitemus, sed certo statuamus, & nobis persuadeamus quod sit pater nostri amantissimus, nosque esse filios ipsius. Sed non possumus id certo statuere, non possumus de gratia Dei persuasionem certam concipere, ubi hæc conditio de absoluta obedientia erga legem annexa fuerit, uel delictet: Si perfecte præcepta seruaueris, tunc



## EX III. CAP. ROM.

remissionem peccatorum accipies, & cetera.  
Sed necesse est, ut promissio eius benedictionis non sit conditionalis, sed gratuita, sine ulla nostræ dignitatis, meriti, & operum annexa conditione. Id nisi esset, semper promissio illa in certa esset, nec unquam nos securi, læti, ac quieti esse, aut certam de salute æternæ fiduciam concipere possemus.

Nam si remissio peccatorum & salus non aliter posset accipi quam si opibus promeruissemus, aut legem Dei impleuissemus, cum misereri nos ex carnis imbecillitate legem Dei nunquam rite & perfecte seruemus, nunquam statuere possemus, an Deus peccata nobis condonasset, nec ne, imo statuendum nobis esset, quod nunquam ea nobis condonaturus esset, cum Dei præcepta nunquam ipsi impleamus. Sic promissio de remissione peccatorum frustranea, inanis, & incerta esset. Neque enim eam accipere posset.

Sed laudandus in secula omnia Deus, Pater fidelis Domini nostri Iesu Christi & noster, pater misericordiae, & Deus omnis consolationis, qui miseretur nostræ, & parcens ac prospiciens imbecillitati nostræ, iusticiam & salutem nostram non imposuit tam imbecilli, infirmo, caduco, fluxo, instabili, ruinoso, & arenoso fundamento, ut sunt opera nostra, et infirma ac inchoata legis divini.



CONSOL: VRB: RHEG:

tinæ obedientia aut impletio. Si id fecisset,  
 actum esset de nostra salute. Sed fundamen-  
 tum, quo nixi preualemus aduersus por-  
 tas inferorum, est firmissima & solidissima  
 ueritas, immensaq; & inexhausta misericor-  
 dia Dei in Christo. In Christo nobis promi-  
 sit remissionem peccatorum & uitam æter-  
 nam. Hæc promissio est solida consolatio  
 nostra, huic tuto inherere & fidere possu-  
 mus. Promittit enim remissionem pecca-  
 torum & uitam æternam non cum annexa  
 conditione de obedientia perfecta erga le-  
 gem, sed promittit & donat nobis remissi-  
 onem peccatorum, iusticiam & uitam pro-  
 pter Christū, gratis, ex gratuita gratia, nō  
 propter meritum nostrum. Promittit au-  
 tem gratis & citra annexam de impletione  
 legis conditionē, ob id uel maxime, ut pro-  
 missio firma & certa sit, hoc est, ut certo ac-  
 cipiam⁹ remissionē peccatorū & promissā  
 reconciliationē, ut certa & indubia ac firma  
 oīa, de qb⁹ nullo modo dubitādū sit, Vt  
 oēs pñj cum D. Paulo dicere possint: Per  
 sua sū habeo, q; neq; mors neq; uita, neq; an-  
 geli neq; principatus, neq; potestates, neq;  
 instātia neq; futura, neq; altitudo, neq; pro-  
 funditas, neq; ulla creatura alia poterit nos se-  
 parare ad dilectione Dei, q̄ est in Chrō Iesu  
 Dño nostro. Hic uidemus q; cōscientia  
 Pauli de remissō peccatorum et futura salute





## EX IIII CAP. ROM;

omnino nihil dubitet, sed q̄ de Dei gratia tam certam fiduciam ac persuasionem conceperit, ut magno spiritu ferociat et superbiat cōtra omnes creaturas, nihilq̄ sibi ab ijs omnibus metuat, certo persuasus, q̄ a Dei gratia ipsum auellere nequeant: quippe credit in Christum, atq̄ ita Dei misericordiam in Christo fide firma apprehendit. Sic conscientia ipsius pacatur & serenatur,

Ad eundem modum certam de uita æterna spem & persuasionem omnis pius concipiat oportet. Id autem fieri non potest, nisi, seposito omni merito nostro, salus speret & gratuita Dei misericordia propter Christum, non propter opera nostra a nobis facta. Tit. 3. Quamuis bona opera & obedientia erga legē aliqua tanquam fructus e fide illa in promissionem sequatur & sequi debeat. Vbi enim sequi potest nec sequitur, ibi certum est fidem ueram non esse, sed falsam & inanem aut mortuā fidem seu opinionē.

Vbi hæc fides in Dei promissionem est, ibi operatur mirabilia, & ea quæ naturæ & operibus impossibilia sunt. Quia D. Paulus ait Gal. 3. q̄ spiritum sanctum non ex operibus legis sed ex prædicatione Euāgelij accipiamus. Is spiritus nō fert, ut de Dei gratia sic dubitemus, quæ admodum Papistæ somniant, & ut seruilis spiritus sibi metuere cogit



CONSOL: VRB. RHEG.

cogitur, sed firma fiducia clamat in corde nostro ad Deum: Abba pater, datq; testimonium spiritui nostro, q; Dei filij & heredes simus, & coheredes Christi, ut & una glorificemur. Et Ephe. 1. ait: credentes in Christum spiritu promissionis sancto ob signari, eumq; arrabonem esse hereditatis nostræ in redemptionem acquisitę possessionis.

Ergo semper tota cordis fiducia in Dei promissionem incumbendum & respiciendum in Christum solum. Quippe in Dei promissione non in operibus nostris inuenit conscientia nostra solacię & pacis abundantie satis. Quapropter hunc insignem textũ D. Pauli magni facite, & probe animis uestris infigite, Rom. 4. ubi dicit: Non per legem promissio contigit Abrahę aut semini eius illũ heredem fore mundi, sed per iusticiam fidei. Etenim si ij qui ad legem pertinent heredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Nam lex iram operatur. Siquidem ubi non est lex ibi nec transgressio. Idcirco ex fide datur hæreditas, ut secundum gratiam firma sit promissio uniuerso semini Abrahę.

Dura experientia in difficultatibus & necessitatibus docet, q; nemo hominum quantumuis sanctus suam conscientiam proprię

D



EX III. CAP. ROM.

operibus possit tranquillare: Longe graui-  
ores sunt hostes peccatum & mors, q̄ ut  
nostris meritis possint uinci aut proteari:  
Ad eam rem aliud medium requiritur, uel  
ca fides scilicet, quę promissionem Dei in  
Christo apprehendit & mordicus tenet. Ea  
uincit indicibiles terrores peccati & mortis:  
Talis enim fides apprehendit & tenet res il-  
labefactabiles & æternas, quę fallere & fru-  
strari nequit, uidelicet non nostra misera o-  
pera, sed Dei immensam gratiam, Christi  
ipsum, opera & merita ipsius, & promissio-  
nē de Christo, breuiter omnia q̄d Chris-  
tus est & habet. Quę omnia sunt longe  
maiora, celsiora, firmiora, augustiora, q̄  
ut comprehendere possimus.

Cum ergo ingruit tentatio, non in ope-  
ra & legem respiciendum est, sed illis in ali-  
quem locum sepositis, ad crucem Christi  
adrependum & confugiendum, gratia & au-  
xilium per Christum implorandum, pec-  
cata humiliter confitenda. Et quantumuis  
multa, magna & grauiā atrociasq̄ sine pecca-  
ta nostra, quantumuis horrenda & crudelis  
sit mortis tentatio, tamen constanter nihilo  
secius promissioni Dei inherere & fidere  
debem⁹, nec dubitare quin iuxta promissi-  
onem Dei peccata nostra nobis propter  
Christum sint citra nostra merita ulla con-  
donata



CONSOL. VRB. RHEG.

donata, Deumq; esse patrem, nosq; apud  
ipsum uicturos in secula seculorum,

Opera & passio Christi, quæ sunt im-  
mensæ, æternæ & infinitæ uirtutis & dignita-  
tis, magis & uehementius nos excitare de-  
bent ad fidem in Deū, q̄ per Christum, fi-  
lium suum nobis perpetuo propicius futu-  
rus sit, q̄ nos peccata nostra terrere & ad de-  
sperationem sollicitare debēt. Dei em̄ grā  
in Christo multo est maior & potentior  
atq; efficacior ad liberandum & auxiliā-  
dum q̄ peccatum nostrum est ad damnan-  
dum. Ro. 5. Et hæc gratia & peccatorum  
remissio non sunt alligata operib<sup>9</sup> nostris,  
alioqui incerta esset, sed citra nostrum meri-  
tum ex gratia propter Christum promittit̄,  
nec operibus sed fide accipitur.

Hoc fit Dei singulari prouidentia & bo-  
no consilio paternaq; erga nos bonitate ac  
misericordia propter nos, ne causa iusticiæ  
& salutis nostræ esset incerta, ac sic homo  
nunq̄ scire aut statuere posset quomodo ip-  
si cum Deo conueniret, haberet ne Deum  
propicium nec ne. Si gratia & promissio in  
manu Dei sunt, tum certa est ea promissio  
ac firma, ut de remissione peccatorum &  
nostra salute nihil dubitare possimus. Sed  
si in nostra manu essent, si ex nobis pende-  
rent, tum actum esset nobiscum. semper et



EX IIII. CAP. ROM.

set salus nostra incerta, cum semper imbecillitate magna laboremus, nec legem impleuerimus aut implere possimus.

Verum cum in solum Christum aut in promissionem Dei per Christum respicimus, tum ubiq; probemuniti sumus. Deus promisit ex gratia & gratis, inq; fidē Christi qui in æternum regnat, fundauit promissionem illam, ut firma & certa esset.

Ideo dixi regnum Christi esse regnum securitatis & pacis, ueluti Prophetæ id describunt. Habemus enim in hoc regno pacem & præsidium certissimum, quo muniti non est q; nobis a peccatis, morte & inferis metuamus. Sic Esa. ca. 9. uocat Christum, principem pacis, cuius principatus magnus sit, & cuius pacis non sit finis. Ieremię 23. p. mittit Deus Israeli, hoc est, omnib; in Christum credentibus, germen iusticię, regem qui sapienter regnaturus, iudicium & iusticiam in terra facturus sit, & sub quo Israel confidenter se habitaturus. Hęc fiunt in spiritali regno Christi, in quo est spiritalis & uera securitas, ubi pñ hominis cor per fidem in Christum cum Deo pacem habet, in quo regno nec peccatum damnare, nec mors nos deglutire nec infernus nos capere potest. Deus em̄ est nobiscū & pascit ac defendit nos ut ouiculas. Quis igit cōtra nos  
Et



CONSOL. VRB. RHEG.

Et Esa. 32. Cū spūs de excelso effūdet ( id factū est cū Christus suū regnū auspiciaret ) rū iusticiæ op<sup>o</sup> uel fruct<sup>o</sup> pax erit, & cultus iusticię silētiū & securitas usq; in sēpiternū. Et sedebit popul<sup>o</sup> Dei in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię. Hęc oīa significāt in regno Christi bonū, quietū, trāquilū, sedatū & lætum populū suū esse, qui lætam & tranquillam conscientiam sibi habet: rus, qui certo statuere possit, se habere Deū propiciū propter Christum, qui nos ab omnibus malis liberat sine omni dubio.

Quid quęso Aduersarij nostri contra hanc doctrinam opponent, & quomodo quęso errorem suum coram mundo tuebuntur? Hic ex ipso fundamento uerbi Dei docet, cui & pbauit, q̄ nemo in Christum credēs dubitare possit aut debeat de Dei gratia & remissione peccatorum suorum, q̄q; conscientia ipsius debeat certo statuere se habere Deum propiciū, qui condonet peccata propter Christum, in quem credim<sup>o</sup>, quiq; nos iustos reputaturus, & æternam uitam sine dubio donaturus sit.

Nihil habent quod huic doctrinæ opponant & quo hoc fundamentum euerāt aduersarij. Sed habent unum asyllum. Eo confugiunt ubi scripturis urgentur. Lutherani, inquit, citant scripturas, sed scripturę



EX III. CAP. ROM.

citandæ sunt in sano intellectu & eo sensu, quo ab Ecclesia catholica & patribus est intellecta. Respondeo: Non detrectabimus id facere o Domini mei: facile enim & præclare id poterimus. Et cum S. Cyrillo dicere possum, Patrum & Ecclesiæ fidem seruamus in quantum a nobis debet, & quantum patres ipsi postulant, utimur eorum interpretationibus. At præcipui doctores ex ueteribus itidem de hac causa locuti sunt, & ad eundem modum hunc textum intellexerunt, quod nos intelligimus. Quo igitur sanctuli & operarij notiri se conterent cum sua Ecclesia?

Augustinus orthodoxus & uere pius doctor in libro de prædestinatione sanctorum Cap. 11. sic ait

Sane cum Apostolus dicat, ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio, miror homines infirmitati suæ se malle committere, quàm firmitati promissionis Dei. Sed incerta est mihi (inquid) de me ipso uoluntas Dei. Quid ergo? Tua ne tibi uoluntas de te ipso certa est, nec times? Qui uidetur stare, uideat ne cadat. Cum igitur utraq; incerta sit, cur non homo firmiori, quàm infirmiori fidem suam, spem charitatemq; committit? Sed cum dicitur, inquitunt, Si credideris saluus eris, unum horum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur in hominis, quod offertur



CONSOL. VRB. RHEG.

offertur in Dei est potestate. Cur nō utrūq;  
in Dei est, & quod iubet, & quod offertur?  
Rogatur enim ut det quod iubet. Rogant  
credentes, ut sibi augeatur fides. Rogant p  
non credentibus, ut eis donetur fides, ut &  
in suis incrementis, & in suis inicijs Dei do  
num sit fides. Sic autem dicitur: Si credide  
ris, saluus eris, quemadmodum dicitur: Si  
spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.  
Nam & hic ex his duobus unum exigitur,  
alterum offertur. Si spiritu, inquit, facta car  
nis mortificaueritis, uiuetis. Vt ergo spiritu  
facta carnis mortificemus, exigitur, ut autē  
uiuamus, offertur. Non igitur placet, ut fa  
cta carnis mortificare non donum Dei es  
se dicamus, neq; id donū Dei esse fateamur:  
Quoniā exigi audiuius a nobis, gremio  
uitę, si hoc fecerimus, oblato c' Ablit ut hoc  
placeat participibus & defensoribus gratię.

Pelagianorum est error iste damnabi  
lis, quorum mox Apostolus ora obstruxit,  
adiungens. Quotquot enim spiritu f Dei  
agūtur, hi sunt filij Dei, ne facta mortificate  
nos carnis, non per Dei, sed per nostrum  
spiritum crederemus. De quo Dei spiritu,  
etiam ibi loquebatur, ubi ait: Omnia autē  
hęc operatur unus atq; idem spiritus, diui  
dēs propria unicuiq; pro ut uult. Inter quę  
omna, sicut scitis, nominauit & fidē. Sicut



EX IIII. CAP. ROM:

ergo, quamuis donum Dei sit, facta carnis  
 mortificare, exigitur tamen a nobis propo-  
 sito premio uitę: ita donū Dei est & fides,  
 quamuis & ipsa, cum dicitur: Si credideris  
 saluus eris, proposito premio salutis exigatur  
 a nobis. Ideo enim hæc & nobis præci-  
 piuntur, & dona Dei esse monstrantur, ut in-  
 telligatur, qđ & nos ea faciamus, & Deus fa-  
 cit, ut illa faciamus. Sicut per prophetam E-  
 zechielem apertissime dicit, Quid enim ap-  
 tius qđ ubi dicit: Ego faciam ut faciatis? Lo-  
 cum ipsum scripturę, fratres charissimi, at-  
 tendite, & uidebitis illa Deum promittere  
 facturum se, ut faciant, que iuberi fiāt: nō  
 sane ibi tacet etiā merita eorū, sed mala, qui  
 b<sup>o</sup> se ostendit reddere pro malis bona. Hoc  
 ipso qđ eos facit habere deinceps opera bo-  
 na, cū ipse facit, ut faciant diuina mandata.

Et in psalmus 8. ait in hanc sententiā,  
 Eleuate corda uestra: nam is qui premitur,  
 & alias res similiter impleturus est, quem  
 admodum iam multa impleuit, Nam fidu-  
 ciam quam in ipsū habemus, nō ex me-  
 ritis nostris, sed ex illius misericordia habe-  
 mus. In hac uita nemo fortis est, nisi in spe  
 promissionis Dei. Nam quod ad merita  
 nostra attinet, supra modum infirmi sum<sup>o</sup>:  
 at quantū ad illi<sup>o</sup> misericordiā, fortes sum<sup>o</sup>.

Et in psalmum 98. ait: Vbi securitas  
 est?





CONSO L. VRB. RHEG

est; Respondet. In hac quidem uita nulla,  
nisi in sola spe promissionis diuinę.

Ambrosius lib. 1. de uoca. gen. Cap. 3.  
ait: Si autem (ut apostolus loquitur) homi-  
nis confirmatum testamentum nemo ipe-  
nit, aut superordinat, quomodo fieri po-  
test, ut ex ulla parte diuina promissio resol-  
uatur? Manet profus, & quouidie implet,  
quod Abrahamę Dominus sine conditione  
promisit, sine lege donauit.

Hinc satis liquet hoc D. Ambrosium do-  
cere, q̄ promissio noui Testamenti uideli-  
cet, q̄ Deus promittit se nobis futurū pro-  
piciū, peccata condonaturum, Spiritum  
suum donaturum, & nos saluos facturum)  
q̄ in q̄ hęc promissio non sit alligata con-  
ditioni legis: Fit em̄ gratis ex gratia, ne de  
grā Dei erga nos dubitare possem⁹. Et qd  
tibi uult aliud D. Ambrosius in Paulū com-  
mētans, ubi roties dicit, nos corā Deo sola  
fide saluari; uide in Ro. 3. 4. 9. 10. ca. 1 Cor.  
1. & Gal. 1. 3. 5. commentaria ipsius.

Theophylactus Rom. 4. ait: Cum con-  
stet legem iram inducere, ideo Abraham,  
inquit, fuisse iusticiam, & hęc hereditatē adep-  
tum, ut omnia per gratiam cedāt. Verum  
cum uniuersa sint in Dei cū gratia tum mise-  
ricordia sita, profecto quę ab eo conferun-  
tur stabilia fore & certa omnifemini, id est,

D 3



EX III. CAP. ROM.

credentibus cunctis existimanda sunt,

Si uero cæca & indurata Hypocrisis hic  
q̄q̄ arguari & obſcure uellet, Paulū loqui  
tantū de Abrahamo, ac proinde nihil ea ad  
nos pertinere, nos alia ratione ac medio sa-  
lutem conſequi & iuſtificari, conſcientiāq̄  
noſtram alio modo pacari oportere. Re-  
ſpōdeo. Nequaquā ſiſe habet res; Nā ideo  
Abrahamum uocat patrem credentium, et  
in illo omnibus nobis ueram rationem ob o-  
culos ponere uoluit, qua omnes homines et  
ante & poſt Dei in carnem aduentum iuſti-  
ficentur. Ideoq̄ ad omnes nos pertinet hic  
textus, Omnibus nobis eſt propoſitus &  
preſcriptus. Id quod & ipſe Paulus in eo-  
dem cap. dicit: Non ſcriptum eſt autē prop-  
ter illum tantum, imputatum fuiſſe illi, ſed  
etiam propter nos, quibus imputabitur cre-  
dentibus in eum qui excitauit Ieſum  
Dominum noſtrum a mortuis, qui  
traditus fuit propter peccata  
noſtra, & excitatus eſt  
propter iuſtificatio-  
nem noſtri.

FINIS.





# DIALO

GVS INTER POENITEN  
tem peccatorem & Satanam, in  
quo de desperatione &  
spe agitur.

## TENTATOR



VID frequentas tem  
plaꝛ cur audis sacras  
cōcionesꝛ cur orasꝛ  
Inanem opera sumis  
in his omnibꝛ, quia  
Deus non exaudit  
peccatores.

## PECCATOR.

Deus iussit audire Euangelium, cre  
dere & precari, atq; ideo oro & ingredior  
templum. Et credo Deum mihi esse propi  
ciū propter Christū, spero q; me accepturū  
uitam æternam, quam Deus iustis credenti  
bus aut Christianis promisit. Et D. Paulus  
ait. 1. Corin. 15. q; labor noster non sit ina  
nis in Domino. Quod iterò dicitur pecca  
tores non exaudiri a Deo, id intelligi debet  
de peccatoribus impœnitentibus. Horum  
preces Deus non exaudit, Horum enim  
preces non sunt preces aut uerę orationes,





## DIALOGVS

cum ueram fidem non habeant.

### TENTATOR

Nihil est quod dicis, precib<sup>9</sup> aures Dei obtunde quandiu uoles, nunq̄ potes tamē certo statuere & credere, te exaudiri, teq; salutem consecuturum. Salus enim continget iustis tantum. Qui uero præcepta Dei non implet, is est peccator & coram Deo iniustus. At 1. Corin. 6. ait: Deus per Apostolum, iniustos regnum Dei hereditate nō consequi. Frustra est itaq; q̄ oras, operā et oīcum hic perdis, cum iustus non sis, nec legi Dei satisfacias. Quapropter nihil tibi spei superest, animus tibi despondend<sup>9</sup> est, nullum hic effugium, nullum cresphygeton habere potes, nihil est quod pretendere aut quo te e manibus meis subducere possis. In meo iure es, meus es, cum iniustus sis. Tenta quicquid uoles & potes. Nihil hic presidij nihil subsidij tibi restat.

### PECCATOR

Auertat hoc Deus clementissimus, nō est quod hic prædam ueneris. Longe aliter sum edoctus, & rem longe aliter se habere scio q̄ tu declamas.

### TENTATOR

Nihil moror quid tu scias aut te scire somnias. Audistin<sup>9</sup> quid dixerim & Añ est tecum, non est quod sperare possis salu-  
tecs



## DIALOGVS

rem. Idq̄ manifestis scripturis probabo.  
An non dicit Deus ipse Lucæ x. ad Iude-  
um quendam legisperitum: Fac hoc & ui-  
ues. Intelligit autem decem præcepta. Loq̄-  
tur enim de dilectione Dei & proximi, quæ  
exigitur in decalogo mundissima & perfe-  
ctissima. Iam nõ potes inficiari, q̄ tuus De-  
us hic a te exigit impletionem omniũ suo-  
rum mandatorum, si cum eo in æternum  
uiuere cupis, Vt & Matthei 19. ait. Si uis in  
uitam ingredi serua mandata. E quibus uer-  
bis Dei tui necessario sequitur, q̄ is qui man-  
data non seruat, æternam uitam accepturus  
non sit, sed mortem æternam & damnatio-  
nem subiturus. Audi igitur q̄ male tecum  
agatur & in quanto sis periculo. Ac propo-  
nam id tibi in forma syllogismi, ut eo rem  
tibi clarius ponam ob oculos.

Qui decem præcepta non perfecte ser-  
uat is, non potest ingredi in uitam, sed mori-  
etur morte æterna. Hęc sunt Dei tui uerba,  
quæ ex illis uerbis quæ respondet scribæ,  
Lucæ x. consequuntur, per argumentum  
a contrario.

Tu uero Dei mandata perfecte non  
seruasti, non es iustus, præcepta Dei trans-  
gressus es.

Ergo sequitur necessario, q̄ non sis ui-  
ueturus cum Christo, sed q̄ æterna damna-

*Minor*

*Minor*

*Conclusio*





## DIALOGVS

tiore maneat. Quid ad hæc tã firma respon-  
dere potes? Captus es & medius teneris, nõ  
est quo effugias.

### PECCATOR

Argumentum quod proposuisti, nul-  
lus Iudæus, nullus ethnicus, nec ullus incre-  
dulorum hominum soluere tibi poterit:  
Sed uere Christianus homo facile tibi respõ-  
dere potest, nec illa tua ratiocinatione cap-  
tus est, ut gloriaris:

### TENTATOR

Gestic sane animus audire quid respõ-  
dere possis: certe duæ priores propositiones  
aut præmissæ sunt ueræ: Ergo & conclusio  
nem ueram esse necesse est. Nam e præmis-  
sis ueris sequitur conclusio uera. Quomo-  
do igitur poteris effugere? Desperandum  
est tibi. Nihil hic auxiliij nihil præsidij.

### PECCATOR

Facile liberare hic me possum, tuumq;  
argumentum dissoluere. Non enim dispu-  
tas cum Iudeo aut incredulo aliquo ethni-  
co homine, sed (quæ mea est in Deum fidu-  
cia & spes, quantum uis infirmitatis adhuc  
multum sentiam) cum Christiano homine,  
qui talibus argumentis capi non potest. Re-  
spondeo itaq; ad tuum argumentum sic:  
Maiorem uidelicet, qui uere non possit qui  
mandata non seruat, concedo, & ueram es-  
se non



## DIALOGVS

ſenō nego: Sequitur enim e uerbis Chriſti  
Dei & redemptoris mei, Lucę x. Sed mi-  
norem, uidelicet, q̄ mandata Dei non im-  
pleam, q̄ iuſtus non ſim, non concedo, ſed  
faſſam eſſe dico. Magna hic fieret iniuria &  
contumelia Domino meo Chriſto, qui in  
baptiſmo me in ſuam gratiã ſuſcepit. Quare  
nō potes in me concluſionē tuā torquere.

### TENTATOR

Quid opus habet minor probatione  
multa? Interroga conſcientiam tuam. Ea te  
accuſat, & arguit te eſſe peccatorem, te que  
Dei præcepta non ſeruallſſe. Quotidie etiam  
ſi dateris in oratione Dominica, cum dicis,  
Remittenobis debita noſtra. Et. Ioan. 1. Si  
dixerimus peccatum non habemus, nos ip-  
ſos ſeducimus, & ueritas non eſt in nobis.  
Hęc tui Dei uerba ſunt, ſpiritus enim Dei  
tui per Apoſtolus ſuo ſea eſt locutus, Nec  
mentiuntur tibi, ſed ueriſſima ſunt quę di-  
cunt. Verum tu mentiris cum dicis te eſſe  
iuſtum, te Dei præcepta ſeruallſſe, te pecca-  
tum non habere. Super hęc & Hypocrita  
es, inq̄ te ipſum confidis, quaſi iuſtus eſſes,  
atq̄ ob id eo maior & grauior peccator es,  
ueluti te docet Deus tuus in exemplo Phari-  
ſei iſtius hypocrite Luce 11. Proinde nō po-  
tes effugere ei manibus meis. Meus ſis oportet.  
Probaui enim te Dei præcepta non ſeru-



## DIALOGVS

uasse, atq; ideo iustum non esse. Probauit id autem e Deitui uerbo, & proprii cordis tui testimonio, ex oratione tua, atq; propria oris tui confessione. Quid igit celsas te mihi dederet? Desponde animum illico. Nō est quod salutem sperare possis. Verbum siquidem Dei non potest mentiri.

### PECCATOR

Antiquum obtines o Satan, & more tuo facis quod mentiris: Non nouum tibi hoc est: Mendax es, & pater mendacij ab initio: Etiam uerum dicens mentiris: Nam si forte e scripturis profers ueritatis aliquid, pro ueteri tamen more & malicioso, subdolo, calumniosoq; ingenio tuo, aut non integra & omnia dicis quæ coherent, quædam dicis, quædam callide omittis, aut corrumpis atq; deprauas scripturam,

### TENTATOR

Qui sustines id dicere? Quo ore me calumniæ aut deprauationis accusas? An non ad uerbum, scripture uerba citauit, uti legitur in Biblijs, nulla omissa particula, nec deprauato ullo apiculo? Non itaq; effugies hoc modo.

### PECCATOR

Merito te de calumnia & de deprauata scriptura & nō rite integreq; citata accuso: Nam ubi Deus meus locutus est & docuit que





## DIAL OGV

quę coherent & coniungi debent, eam partim adducis, partim omittis. Id adducis & urges quod pro te facit ac tuę causę ad perdendum homines seruit. Alteram uero partem postponis & omittis, quasi nihil ad eę pertineat. Hoc est calumniari. Multa mihi de lege opponis, q̄ eam non impleuerint: Euangelij uero nullam facis omnino mentionem, quasi id ad me nihil pertineret. Deus dedit non tãũ legẽ, sed dedit etiã Euangelium. Si igitur uerbum eius rite & non calumniose citare uoles, utere eo modo, ac ordine quo scriptura uicitur. Ea primum proponit nobis legem, e qua discamus peccata nostra & meritam damnationem. Sed non satis habet proposuisse nobis legem, proponit & offert nobis Euangelium quoq̄, quod nos docet quomodo a peccatis liberemur, q̄ fides in Christum nos seruet. In Euangelio itaq̄ solatium & auxilium inuenim⁹, & inde discimus q̄ lex merito nos damnare non possit.

### TENTATOR

Nihil est quod dicis. An nõ Dei tui uerba sunt: Fac hoc & uiues? Si itaq̄ uis ingredi uitã, necesse est ut seruata sit a te lex. Hoc enim extra controuersiam omnem uerissimum est, q̄ Deus non dederit sua præcepta ut contemnerentur & ut liceret contuma-

E



## DIALOGVS

citer & impune ea transgredi, sed ut seruarentur. Disputat & Paulus tuus, multa q; doceat de fide, sed concludit tamen Rom. 3. & pronunciat clare, q; lex non abrogetur aut aboleatur fide Euāgelij, sed q; magis stabilitur ut prestetur & impleatur. Scis ipse quoq; q; Deus tuus in Euangelio ubiq; suam legē doceat & exigat. Dicit & Paulus Rom. 2. q; super eos qui iniusticiā obtemperant uētura sit indignatio & ira, afflictio & anxietas. Hic audis in Euangelio (: siquidem tantum tribuis Euangelio, & ex eo quoq; a me citari aliquid uolueris) ex eo audis hic, in q;, q; Deus uelit sua p̄cepta seruari, nisi uelis incurrere indignationem & iram eius. Et 2. Thes. 1. ait Paulus. Infiget ultionem his qui non obediunt Euangelio, qui p̄nam luent interitum eternum. Et Euangelium satis testatur in multis locis, q; nullus peccator ingrediatur in regnum cœlorum. Quid igit uanam sp̄malis? Quin igitur desperas? Atum est tecum profus.

## PECCATOR

Quę hactenus mecum e ueteri et nouo testamento adducta locutus es, ea omnia lex sunt aut pertinent ad legem. Nihil itaq; hic promouebis, nihil lucraberis. Dixi ante q; Deus duo homini peccatori proposuerit, Alterum est lex, Alterum est Euangelium.

Ac



## DIALOGVS

Ac fateor libenter q̄ lex sit uerbū Dei mei,  
 & iuxta pri<sup>o</sup> hoc uerbū, uidelicet iuxta legē  
 cognosco & profiteor clara uoce & libere  
 (nec unq̄ id negabo) me peccatorem esse, dā  
 nationis eterne reum. Verissimum est enim  
 q̄ ipse proprijs operibus & perfectione le-  
 gem miser non impleuerim. Si igitur nulla  
 alia uia ac ratio medium ue esset hic in terris  
 implendi legem q̄ per propria ea q̄ perfecta  
 plenēq; munda opera, tum minor in sylla-  
 gismo concedenda esset a me tibi, nec posse  
 ullo modo euadere, quin conclusio me cō-  
 stringeret & captū teneret, hoc est, quin pe-  
 reūdum mihi esset, Sed aliam scio & habeo  
 rationem consequendi iusticiam & implem-  
 di legem, quam rationem mihi rejicere non  
 potes. ipse enim Deus hanc me rationem  
 docuit in Euangelio, uidelicet, ut credam in  
 Christum, qui solus legem & omnem obe-  
 dientiam perfectissime impleuit. Per hanc  
 fidem condonantur mihi orantia peccata  
 mea, donaturq; mihi spiritus sanctus, qui  
 purificat cor meū, atq; incipit legem in me  
 implere. Si uero in me quid deest (ut multa  
 in hac peccatrice uita nobis desūt, in multis  
 uacillamus ac cespitamus propter carnem  
 peccatricem quam circumferimus) id tamē  
 quod deest, ea peccata seu lapsus non impu-  
 tantur nobis ad damnationem propter me



## DIALOGVS

rita et impletionē Christi qui noster est. Ro<sup>s</sup>  
10. Christus est impletio legis oī credēti ad  
iusticiā. Itē 1. Co. 1. Christus est iusticia nrā.

Audisti hęc. Hoc aliud est uerbum qđ  
tūdem mihi proposuit Deus, nec minus hu  
ic uult credi q̄ priori. Hoc autem alterum  
uerbum uocatur Euangeliū, hoc est, p̄mis  
sa in Christo grā. Tu uero Euāgeliū tecun  
dū literā duntaxat intelligis ipsa uerba Euā  
geli, sed non credis Euangelio, ideoq; dā  
naberistu, non ego.

Quid si adducerem tibi absolutionem  
qua me Deus ipse absolueret ab omnibus  
meis peccatis, quę contra legem ipsius unq̄  
admissi, tum ne etiam de peccato me argue  
res & accusares? At id facere nullo modo  
potes. Cum me iudex absoluit, tum nec tu  
me damnare potes. Hoc certo scio. Audi  
itaque quomodo etiam surus sim.

Peccatum meum non mihi tantum sed  
tibi quoq; imputari debet & uel maxime.  
Tu enim primum omnium infernale illud  
uenenum peccatorum in naturam nostram  
bene conditam & puram inflasti in Adamo  
& Eua, quos per mendaciū tuū deceptos in  
peccatum & mortem precipitasti. Hinc cun  
cti nascimur peccatores ab Adam. Hinc tū  
tum tibi potestatis & iuris est in totum gen<sup>er</sup>  
humanum. Hinc natura nostra miserabili  
ser





## DIALOGVS

ter est corrupta deprauata & peruersa, sic  
 ut ab utero matris mali & prauissimi, cæ-  
 ci intellectu, peruersi uoluntate, ueluti testa-  
 tur Moses Gen. 6. s. ubi nos carnem uocat,  
 hoc est, totos carnales homines, spiritu Dei  
 uacuos. Sic describimur & apud Hier. Ca.  
 17. ubi dicitur prauum cor hominis &c. imo quo-  
 tidiana experientia nostra docet nos, quida-  
 te per primos parentes nostros acceperi-  
 mus, uidelicet nihil aliud quam horribilem de-  
 prauationem nature nostre, peccatum, &  
 mortem, quæ Dei inimici sumus, teste Pau-  
 lo Rom. 8. Qui carnales sunt quæ carnis  
 sunt sapiunt, phronema carnis inimicitia  
 est aduersus Deum. Nam lege Dei non  
 subditur. Siquidem ne potest quidem. Qui  
 in carne sunt, Deo placere non possunt.

Tibi hunc lapsum & hanc miseriam no-  
 stram debemus, tu reus es huius mali, tu hu-  
 ius calamitatis nobis author es, tu in hoc gremio  
 narum pelagus nos adduxisti tua fraude,  
 impostura, & mendacio: quæ propriæ tuæ  
 sunt artes. Nihil enim aliud nouisti quam fallere,  
 mentiri, nocere & perdere. Hanc miseriam  
 nostram per legem agnoscere discimus. Sed  
 scriptura suppeditat nobis simuletiā im-  
 mensam consolationem, uidelicet, ueram  
 redemptionem, quomodo a peccatis pur-  
 gemur & mundemur, quomodo natura sa-





## DIALOGVS

netur, quomodo a morte & tua potestate liberari & eximipossimus. Nam fidelis Deus noster cum uidisset lapsum hunc, & q̄ ipsi non possemus nobis subuenire, & malis his nos eximere, naturamq̄ prorsus corruptam, sicut nec intelligeremus aut sciremus uoluntatem Dei, neceam cum alacritate faceremus, imo plane cum uolūtate Dei omnibus uiribus pugnaremus, misertus nostri, uerum liberatorem & alexicacōn nobis promisit & misit, qui & potest nos fortiter ac potenter redimere & uult etiam. Is est Iesus Christus Dei naturalis filius, natus e sanguine Abrahe & Dauidis e Maria uirgine sine peccato, sicut Deus ab initio per suos prophetas eum promiserat, & in plenitudine temporis, in carnem etiam misit, eam max. ob causam, ut peccatores saluos faceret, quorum ego minimus non sum.

Hic Dominus & saluator noster multo blandius, familiarius & humanius nobis cum loquitur q̄ Moses minister eius in lege ante locutus fuerat. Moses exegit summam & perfectam iusticiam, & omnes qui absoluta illa iusticia carent, damnaturum se minatus est. Sed perfectam illam iusticiā in nullo homine ex uoluntate uiri nato inuenit, sed omnes peccatores esse deprehendit, nec tamen ipsos per legis doctrinam a peccatis liberare



DIALOG VS.

liberare potuit, sed tantum imperare & mā  
dare que facienda essent, & prohibere que  
facienda non essent, & peccatores execra-  
ri & damnare. Verum redemptor noster  
Christus Iesus consolatur nos & benedicit  
nobis Euangelio suo, nosq; a peccatis &  
morte liberat, in Euangelio a peccatis nos  
absoluit & iustos pronuciata ac reputat.

Terres me uerbis D. Ioannis 1. cap. 1. di-  
centis nos omnes esse peccatores, sed retices  
& celas absolutionem, que illo ipso in loco  
adiuncta est, uidelicet, ubi dicit: Si peccata  
nostra confiteamur, fidelis est & iustus ut re-  
mittat nobis peccata nostra, & emundet  
nos ab omni iniquitate. Terre itaq; me ob-  
iecta lege quandiu uoltes, ego confugiam  
ad Euangelium, in quo solidam inuenio cō-  
solationem & consilium quomodo e mani-  
bus tuis euadere possim. Nam quamuis in  
lege ad me dicat Moses, Maledictus es, quia  
mandata Dei transgressus es, ob id tamen  
non despondebo animum, sed ad Christū  
confugiam, qui in Euangelio ad me dicit,  
Fili, confide, crede, peccata tua remittentur  
tibi. Ipse ego peccata tua in corpore meo in  
ligno crucis tuli & expiaui, te que sic patri  
meo reconciliaui. Tibi deuici mortem &  
Satanā, tibi etiā legē pfecte impleui. Hęc  
oīaque ego feci, tua sūt, si in me credideris.



## DIALOGVS

Audin Satan quid Christus dicat? Tu mihi proponis Moſen, Ego ubi contra oppono hic Chriſtum. Tu adducis miniſtrū, ego adfero ipſum Dominum, Seruus accuſat me malicie et iniuſticię, meq; morti adiu dicare uult. At Dominus ipſe defendit & abſoluit me, mihiq; uitam donare uult.

Nihil igitur moror accuſationes tuas. Nihil poſſunt nocere mihi. Potes quidem obijcere mihi peccata mea, ſed contra ego tibi obijcio & oppono infinita merita, ſatiſfactionem, impleſionem, & obedientiam, mortem & reſurrectionem Chriſti redēptoris mei. Hic theſaurus nunc meus eſt. Iuſticia Chriſti mea eſt, imo Chriſtus ipſe eſt mea innocentia & iuſticia. Si ergo Chriſtum nullū peccati inſimulare, ſi eum damnare non potes, nec in me quicquid toris habere aut me dānare potes, propter Chriſtum qui peccata mea expiauit & mihi condonauit.

### TENTATOR

Chriſtum de nullo peccato arguere nec damnare poſſum. Eſt enim iuſtus fateor. Sed peccatores tantum damnantur. Te uero eſſe peccatorem ipſe falſus eſt.

### PECCATOR

In me ipſo ſum quidem peccator, ſed in Chriſto iuſtificatore meo, ſum iuſtus. Nam pia peccata mea mihi cōdonauit, & me ſic  
ſic



## DIALOGVS

in suā gratiā tutelāq; suscepit, suo mihi hic a-  
 uxilio adest, reliquias peccatorū meorū mi-  
 hi cōdonat, & quotidie eas in me repurgat,  
 donec me in totū renouet. Quapropt̄ ad-  
 gētes, quæ Deū nō nouerūt, & ad Iudeos  
 qui Dñm suū Christū repudiā, te cōfer. In  
 me nihil habes iuris ampli⁹. Quippe De⁹  
 pater meus celestis me eripuit de potestate  
 tenebrarū; & transfudit in regnū filij sui dilecti,  
 in quo habeo redēptionē per sanguinē ipsi-  
 us uidelicet remissionē peccatorū. Col. 1.  
 Vide igit̄ tuā accusationē mihi intēratā nō in  
 me herere posse. Nā licet precepta Dei in l-  
 ge nō impleā proprijs operibus, impleo in  
 ea in Euāgelio p̄fectissimis operib⁹ & satis-  
 factione Christi, in quem credo. Hęc fides  
 reputatur mihi in iusticiam, licet opera mea  
 imperfecta sint per se.

Et hæc unica ac uera ratio est implendi  
 legem Dei, q; credo in Christum unicum le-  
 gis impletozem & iustificatozem, sine quo  
 lex nunq̄ potest impleri nec ad Deum per-  
 ueniri. Hęc possum omnia e uerbo Dei pro-  
 bare. Rom. 8 sic ait, doctor ille gentiū: Nihil  
 condemnationis in illis qui sunt in Christo  
 Iesu qui non secundum carnem sed secundū  
 spiritum ambulant. Nā lex uite in Christo  
 Iesu liberauit me a lege peccati & mortis.  
 Nam quod impossibile erat legi, in quo in-



## DIALOGVS

firmabatur per carnem Deus filium suum  
mittens in similitudine carnis peccati & de  
peccato damnauit peccatum in carne, ut iu-  
stificatio legis impleretur in nobis. Hic lon-  
ge alia uerba aliamq; iustificandi rationem  
audio q̄ tu mihi e lege proponis. Tu obij-  
cis mihi, me peccata habere, id in lege con-  
cedo. Sed q̄ hinc statim concludis: Ergo dā-  
natus es, id uero spiritus sanctus negat. Nā  
ut max. in persona mea peccatum habeam,  
quod in me damnationi obnoxium est, nō  
tamen me damnare poterit. Quare? Quia  
sum in Christo per fidē. Is Christus & ego  
sumus nunc unus spiritus, 1. Corin. 6. Vnū  
iam corpus sumus. Est enim ipse caput me-  
um, ego sum membrum eius, e carne eius  
& ex ossib<sup>us</sup> eius. Ephe. 5. Et ideo ultro sub-  
ditus est legi, aut factus est sub lege, ut me ab  
accusatione legis redimeret Gal. 4. factusq;  
est pro me maledictum, ut me a maledicto  
legis redimeret, Gal. 3:

Hoc me consolor. Peccata quidem ha-  
beo, sed propter Christum in quem credo  
nihil tamen damnationis in me est. Quid igi-  
tur accusas me? Nam lex spiritus, hoc est, re-  
gimen & gubernatio spiritus sancti in me,  
uel fides in Christum liberat me a lege pec-  
cati & mortis, ut me peccatū nūq̄ dānare,  
nec me mors deglutire possit.



## DIALOGVS

Lex quidem bona & sancta est, sed iustificare neminem potest: Non potest nobis cor nostrum lapideum mutare, mollius uecor reddere, aut peccatricem naturam purificare, & renouare, seu peccata auferre. Hoc spiritus Christi solus facere potest. Natura humana aut caro, est corrupta & peccatis obnoxia, ad faciendam Dei legem nihil utrium habet nec ultronea est, sed ad peccandum tantum prona est & efficax. Hic tamē Deus infirmę nature subuenit, ut ad impletionem legis perueniret, misitq; filium suū ut uerus homo nasceretur, quales nos sumus excepto solo peccato, & uirgine eum nasci oportuit, ut mundi & eterni precij pro peccato sacrificium fieri posset.

Causa enim ob quam, Deus homo factus est, hæc fuit, ut peccata nostra in sua munda & innocente carne per uerum pro peccato sacrificium, hoc est, per seipsum damneret, expiaret, deleteret, remissionemq; promeretur, ut sic per sanctissimum & innocentissimum hunc ac perfecte mundum Dei & hominis filium, id impleretur quod lex exigebat. Nam per sacrificium hoc pro peccato, pro nobis in cruce oblatum, primū nobis promeruit remissionem peccatorum & spiritum sanctum, qui fidem & charitatem donat, quibus acceptis iusticia nostra & impletio præceptorum Dei inchoatur.



## DIALOGVS

In nobis. Et quamuis in hac uita nondum plene mundi & perfecti simus, ac propter reliquias peccati & malicie, precepta Dei nunquam perfecte faciamus, nihilo secius tamen accipimus iteram iusticiam coram Deo & omnia que lex a nobis exigit, uidelicet iusticiam que coram Deo ualet, per fide in Christum. Quippe qui in Christum credit is coram Deo iustus est. Hec sententia est Euangelium nostrum & absolutio quam Deus ipse pronunciat, ac uniuersi angeli in coelis totaque Ecclesia dicunt etiam & Amen.

Qui igitur Christum per fidem habet in corde, is habet & preceptorum Dei implementationem, quam Christus ipse in sua persona prestauit. Ac sic Christus istius Christiani fidelis hominis iusticia factus est, ut Christiani fidelis ille propter Christum coram Deo reputetur iustus, quasi ipse legem perfecte impleuisset.

### TENTATOR

Paulus tuus in eo loco quem citasti addit quiddam quod tu omittis, ego tamen notavi & obseruavi diligenter, uidelicet quod dicit: Qui non secundum carnem sed spiritum ambulant. Deus dedit hanc promissionem seu Euangelium non sine discrimine quibuslibet, sed illis dumtaxat qui non secundum carnem sed secundum spiritum ambulant. Tu uero secundum carnem ambulas.

Nam



## DIALOGVS

Nam avarus es, superbus es, libidinof<sup>us</sup> es,  
ultorij animi & in iram præceps es, intempe-  
rans & uoluptatibus deditus es. Quid mihi  
hic respondebis? Quomodo hic effugies?

### PECCATOR

Ante confessus sum q̄ in me ipso adhuc  
peccator essem, sed hoc non est secundum  
carnem ambulare. Nam secundum carnem  
ambulare est cupiditates & desideria carnis  
& omnia quę peccatrix natura expetit & ad  
quę prona fertur, facere citra omnem metū  
cōtūmaciter, p̄fracte & procaciter, sūmaq̄  
animi uoluntate atq̄ alacritate citra poeni-  
tentiam peccare, nec unq̄ de peccato admis-  
so dolere aut pungi, & etiam in peccando  
sibi placere, & animi quadam uoluptate li-  
bidinem illam carnis explere.

Labor quidem in peccata, sed secundū  
internum hominem odi peccatum in carne  
ēstuans, nihilq̄ mallem q̄ plane a peccato  
mundus & liberaturus esse, doleoq̄ ex ani-  
mo q̄ contra Deum pecco & peccaui. Oro  
etiam quotidie Deum ut augeat mihi fidē,  
quo carnem ad peccandum pronam et pro-  
cliuem, tanq̄ freno coerceam. Et quamuis  
magna adhuc imbecillitate laborem, tamen  
ob eam imbecillitatem meam mihi totus dis-  
pliceo & me tanta infirmitate laborare do-  
leo. Non tamen propterea animum despō.



## DIALOGVS

deo, sed in Christum fiduciam meam fixam habeo, non dubitans quin mihi lapsus sit cōdonaturus, meamque fidem subinde magis magisque aucturus ut possim carnis opera inhibere, reuindere, extinguere, opprimere, crucifigere & mortificare. Certe non sine causa, non temere scripsit Esaias de eo, quod calum quassatum non confringat, & fumigantem lychnum non extinguat: Non possem autem ex naturalibus uiribus, sine Dei spiritu, peccatum odisse ei que resistere, cum una cum natura in mundum mecum nascatur. Qui odit peccatum is habet spiritum Christi, & Christi est, non tuus. Faterur itaque D. Paulus quod in omnibus peccatis peccare liquet, contra quas spiritus dimicat, sed addit uerba plena summæ consolationis, quod nihil tamen ob id damnationis in eis sit. Et hoc priuilegium hanc prerogatiuam habent in Christo iusto, cui per fidem insitū sunt Rom. 8. & citius meritis fruuntur & a peccatis mundati saluantur.

### TENTATOR

Nondum euasisti, nec in portu nauigas ut tu quidem tibi persuades aut somnias: Scriptum est enim & hoc. Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Multi incidunt in meos casses, qui ad eundem, quod tu, modum sese mihi opponere, mecum in disputa



## DIALOGVS

putationem atq; harenam descendere & cō  
ira me ferocire auli sunt. Principio quidē  
feruebant omnia, sed in proposito suo per  
sistere nō potuerunt, & ad extremum relap  
si in meas manus uenerunt. Idem tibi quoq;  
usu ueniet, Vbi diu multumq; reluctatus  
mihi fueris, tandem tamen te uincam, &  
ueterem meam possessionem occupabo.

### PECCATOR

Hoc auertat Deus clementissimus. Scio  
equidem q; subsistere non possimus, sed ca  
dere & ruere nos oporteat nisi Deus fidem  
fuerit largitus, eamq; confirmauerit, nosq;  
in tentatione sustentauerit ut per illius gra  
tiam perseueremus. Nam perseuerare in bo  
no tam est Dei donum & opus in nobis, q̄  
Dei donum est q; incipimus credere & uitā  
nostram emendare. Sed Deus iussit ut per  
seuerantiam & constantiā in bono ac fide  
ab ipso peterem, mihiq; se presentem opem  
laturum seq; me exauditurum esse promissit  
in Christo, in quo omnes promissiones Dei  
sunt etiam & Amen, 2. Corin. 1. Quare Dei  
auxilio orabo ut id quod misericorditer in  
me cœpit, ad gloriam sacrosancti nominis  
sui in me quoq; perficiat.

Habes hic mea arma & tela ensemq; .  
Non possum proprijs uiribus & sapientia  
tibi resistere. Sed omnia possum per Chri



## DIALOGVS

stum Iesum qui te uicit, meq; tibi eripuit. Is idem me docet, regit, gubernat, confirmat, corroborat & defendit per spiritum suum. Quum igitur Deus ipse pro me stet, quis me damnabit?

### TENTATOR

Si nõ possum impedire salutem tuam, tamẽ sic te in uita exercebo, & excrucio, macerabo, & affligam, in tot ærumnas, calamitatesq; te conijciam, te tam miseris ac duris modis tractabo et ex carnisficabo ubi ubi potero, ut uita tibi futura sit acerba, utq; malis mori q̃ uiuere.

### PECCATOR.

Scio sane te esse omnium malorum & calamitatum authorẽ, & ubiq; te nihil aliud moliri & machinari, q̃ ut p̃is incommodes & eos affligas. Et scio miserum me uas in hac uita, in hoc scelerato mundo, hospicio tuo periculosissimo & funestissimo, nõ posse perpetuis commoditatibus frui, sed uarijs modis exercendum esse. Non tamen ob id desperans concidam animo. Habeo em̃ qua animum confirmem consolationem uerrimam & inuictam, quam nec tu nec totus mundus mihi eripere potest.

Tu creatura dumtaxat es, ut scis sciens, nec contra me quicq̃ moliri, nec plus mali mihi inferre potes q̃ quantum tibi permittit Deus



## DIALOGVS

Deus meus. Sed non permittit tibi plus, q̄  
 mihi ad salutem & pietatis profectum uti-  
 le ac necesse est. Omnis generis uoluptatib<sup>9</sup>  
 ac commoditatibus in hac uita affluere, p̄s  
 in his terris periculosissimum est, nec maioribus  
 calamitatibus aut periculis exponi pos-  
 sunt p̄s hic, q̄ cum omnia illis ad uotū ubiq̄  
 succedunt, cum fluunt ipsis omnia iuxta ani-  
 mi sententiam, cum uoluptatibus abundāt,  
 & omnibus uite commoditatibus cumulā-  
 tur. Nā in tanta felicitate uite & sui & Dei  
 patris obliuiscuntur. Calamitates uero &  
 afflictiones ac pericula docēt nos pro Dei  
 propicia uoluntate agnoscere nos ipsos, no-  
 stram infirmitatem, <sup>eu diuini</sup> & miseriam, et  
 Deum timere, Deo confidere, & eum se-  
 rio inuocare. Quod cum facimus, adest e-  
 tiam tandem nobis Deus presentia auxilio,  
 & sic discim<sup>9</sup> & Deum & nos ipsos cognos-  
 cere. Quid igitur multum nocuisti mihi, ubi  
 etiam Deo sic prouidente & permittente, a-  
 liquid mihi attuleris damni ac calamitatis  
 in perituris & caducis his corporalibus re-  
 bus, quę non sunt uera mea hereditas? Ve-  
 ra mea hereditas est immarcescibilis, in-  
 contaminabilis, & immortalis thesaurusq̄ eter-  
 nus in cœlis. Hunc thesaurum tu ne contre-  
 ctare quidem audebis aut poteris unq̄. Si  
 corpus neci das, nihil aliud facis, q̄ q̄ me

F



## DIALOGVS

perducis in quietē uerē illius futurę uitę. Is qui mihi dedit corpus & animam, quiq; me e potestate tua redemit, idem ille cōseruabit etiam & corpus & animam meam usq; ad diem redemptionis, quo resuscitaturus est corpus e terra in uitam ęternam. Interim anima mea apud Christum probe & tuto custoditur. Non itaq; potes nocere mihi, dum Deus meus me in fide Christi constantem seruat. Habeo uerbum & promissionem eius. Ea non mentiuntur in bonum diligentib; Deum. Ioan. 10. ait Christus meus. Cognosco oues meas. Et ego uitam ęternam do eis nec peribunt in ęternum, neq; rapiet eas qđ de manu mea. Psal. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cęli commoratur, Dicit Domino, susceptor meus es tu & refugium meum, Deus meus in quę spero. Quoniam ipse liberauit me de laqueo uenantium, & a uerbo aspero (uel a peste noxia) Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. In me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meū. Clamauit ad me & ego exaudia eum. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Audin quomodo  
Deus



## DIALOGVS

Deus ipse suos tueatur & propugnet, mit-  
tatq; angelos sanctos e caelis, qui eos defen-  
dant, ueluti Dauid canit, Psal. 34. Ange-  
lus Domini cingit eos qui timent Dominiũ  
& eripit eos.

Habeshic quo fidam, qua re ferociam  
contra te, quo me consolet & animum me-  
um confirmem. Nihil prorsus in me aut de  
me glorior, sed in meo omnipotente Domi-  
no & Deo Iesu Christo glorior, & merito.  
Nam dilexit me & dedit seipsum pro me,  
ut me a morte liberaret, & ut cum ipso in  
eterno ipsius regno absq; fine uiuerem ac  
triumpharem. Hæc est mea consolatio, huic  
adherescam per gratiam Iesu Christi. Amē.  
Tu iam contra me tenta & machinare quæ  
Deus meus pater coelestis, qui ipsa est chari-  
tas & bonitas, permittit. Is pater meus me  
infirmum filium suum non destituet in ten-  
tatione. Christus miseram ouiculam suam  
seruabit, ne in fauces lupi deueniat. Omnes  
hostes Christi & Christianorum subijcien-  
tur pedibus nostris. Hoc certo certius est.  
Quocirca a page te, aufer te hinc a me Sata-  
na. Nihil in me tibi iuris est. Ilius sum iu-  
re ac proprius in æternum, qui me precio-  
so sanguine suo, maximo sane precio de te  
redemit, uidelicet Domini mei Iesu Christi.  
Is est & mansurus est igneus murus in circui-



## DIALOGVS

tu me, meq; seruat ut pupillam oculi. Ei sit gloria & laus una cum patre & spiritu sancto in omnia secula. Amen.

### TENTATOR

Multa quidem dicis, ut te mihi subducas, sed nondū euasisti, Scis te a primis usq; annis doctū in Ecclesia semper esse, q̄ summa sit p̄sumptio sperare salutem & uitā æternam citra bona opera. At tu palam fateris te nullum bonum opus fecisse aut facere, quod Dei iudicio opponere possis, aut q̄d in Dei iudicio cōsistere queat. Nihilosecitus tamen, quæ tua est temeritas & dementia extrema, sine impletione legis & uere bonis operibus putas te ascensurū in cælos. Quid hoc aliud est q̄ Deum iniustissimum faceret? Perinde enim est ac si in omni generis flagitiorum sententiam te uelles prouolueres, ac a Deo postulare, ut eam tuam maliciam, petulantiam, & flagitiosam uitam approbaret, utq; tam sceleratum & improbū hominem ac peccatorem saluum faceret. Sed id (ut sis sciens) nunq̄ fiet. Si id futurum cogitas & speras, frustra cogitas & spem inane foues. Ferre posses, quantum audio, ut tu contraheres multum gr̄is alieni, alius uero debita tua dissolueret, ut tu furta multa committeres, alius uero pro te cruci se affigi aut in patibulum subigi pateretur.

Vis



## DIALOGVS

Vis esse peccator & pro libidine uoluntatis  
tuę male uiuere, & tamen post hanc uitam  
re in cœlos etiam uenturum speras: sed toto  
cœlo hic erras, & spe sua frustraberis. Non  
tam facile, non tam nullo negotio itur ad a-  
stra, non hac uia ascenditur in cœlum. De-  
us pro sua infinita iusticia non potest pecca-  
tum probare. Nisi peccatum puniturus es-  
set, in quem uisum condidisset infernū: Cer-  
te frustra pœnas infernales improbis & sce-  
leratis proponeret & minaretur. Scis tu qui-  
dem, si modo scire uis, rem se longe aliter ha-  
bere, sed nihilosecius tamen putas te inani-  
bus uerbis Deo ea quę debes redditurum,  
teq; sic e iudicio ipsius euasurum: Id quod  
omnes uos Lutherani facere, & scripturam  
ob torto collo ad cerebrī uestri somnia tor-  
quere & interpretari soletis. Vbi scriptura  
requirit bona opera, ibi gloriamini de ue-  
stra infructuosa & sterili fide: eaq; putatis  
uos omnia consecuturos. In alijs sophisticē  
reprehēditis, sed ipsi ea magis utimini q̄ ulli  
alijs, & in causa longe omnium maxima. V-  
bi possētis uti uerbis quę facerent ad ædifi-  
cationem simplicium, ibi studiose utimini  
formulis loquendi inusitatis, insolitis, & of-  
fendiculosissimis: ut cum dicitis, sola fides  
iustificat: Nullum opus quantumuis bonū  
iustificat, nec ullum opus malum damnat.



## DIALOGVS

Quæ quæso orationis formulæ possent esse periculosiores, & scandali pleniores? Quid enim aliud rudis ac simplex aliquis homo hinc intelligit, quàm nihil referre quomodo uiuatur, bona opera nihil prodesse nec necessaria esse, mala nihil nocere. Hac inani sibi imbuti pro libidine animi facitis quæ uultis, & uiuitis pro carnis arbitrio uitam gentilem, nihil secius tamen Christiani esse & salui fieri uultis, sed spes uestra inanis est et frustrabitur uos. Id re ipsa sic experiemini.

### PECCATOR.

Veritatem odisti & ferre non potes, o spiritus mendacissime. Et quia contra eam nihil adferre potes, alia uia me aggredieris, nosque conuictis ac contumelijs oneras & impetis isdem, quas quotidie ex apostolis tuis hominibus uirulentissimis & sycophantis impudentissimis audire cogimur. Sed ne te uicisse putes, ad omnia obiecta tua quod respondeam habeo.

Ac primo. Fateor ipse libenter, quod uere impius & sceleratus sit is, qui in improba uita sine penitentiâ perdurat, nec bonis operibus studet, aut nihil boni operatur, nec propter Christum quicquid ferre sustinet, & nihilo secius tamen gloriatur se esse Christianum & salutem sperare. Hoc est peccare in Dei misericordiam; Estque summa & deplorata cæcitas,



## DIALOGVS

cæcitas, quæ nec peccatorum periculum & atrocitatem, nec Dei misericordiam Christiq; passionem intelligit, & se salutem sperare somniat tantum, cum tamen eam nõ sperare, nec Deum cognoscat. Quæ enim spes salutis ibi esse potest ubi impenitentia contumax, ubi nullus Dei timor, nulla dilectio nulla in Deum fiducia, nec ulla Dei cognitio est?

Facienda sunt multa & omnis generis bona opera, studio bonorum operũ sedulo incumbendum est, sed in opera tamẽ nõ est spes salutis sed in Christum tantum collocanda. Opera enim quantumuis bona, tamen imperfecta sunt: & nisi ea Deus propter Christum acceptaret, & approbaret, sed secundum iuris rigorem & seueritatem examinaret & iudicaret, plena essent infirmitatis, uiciorum ac peccatorum: Qui non operibus bonis studet, is Dei uerbo non credit: certumq; est qd fide in Christum præditõ nõ sit, qd Deũ non diligat, aut qd spem ac fiduciam de uita eterna non habeat. Sed quãuis fides uera non sit sine bonis operibus, tamen quantumuis boni aliquis operatur, caro propria tamen semper malis cogitationibus & cupiditatibus estuat & spiritui repugnat, atq; ob id legem nondum implet. In exercitio tantum impletionis legis in hac uita



## DIALOGVS

desudamus, inchoamus tantum legem hic  
nō implemus. Certe clara & perspicua uer-  
ba sunt Pauli Tit. 3. ubi ait. Non ex ope-  
ribus, sed secundum misericordiam suam  
saluos nos fecit. Et addit, Per lauacrum re-  
generationis & renouationis spirit<sup>o</sup> sancti.  
Ergo quicquid contra Deum est mala ope-  
ra & peccata omnia detestari & fugere de-  
bet Christianus & bene operari, nec in uete-  
ri pelle & cute manēdum ei est, sed uetus ho-  
mo cum operibus tenebrarum exuendus,  
& fermentum illud uetus expurgandum.  
Non tamen reputamur iusti corā Deo pro-  
pter hanc inchoatam & imperfectam legis  
impletionem, sed ex misericordia propter  
meritum Christi, si in Christum credimus.

Ad secundum obiectum respondeo, q<sup>d</sup>  
omnia nostra opera Dei praeceptis per om-  
nia non sint conformia, q<sup>d</sup> peccatores si-  
mus & maneamus, sed hanc prerogatiuam  
habemus, q<sup>d</sup> per baptismum a tribunali illo  
seuero translatus sumus in propiciatorium,  
aut Thronum gratiae, ubi Deus non secun-  
dum exactum rigorem, sed secundum mi-  
sericordiam suam nobiscum acturus est.  
Est itaq<sup>ue</sup> peccatorum satis, & heu dolor plus  
satis in uita nostra, sed omnia suffocata &  
submersa sunt in uulnerib<sup>us</sup> & sanguine Iesu  
Christi, qui ea pro suis pertulit et expiauit.

Ad



## DIALOGVS

Ad tertium respondeo . Nolo sine bonis operibus & sine legis impletione in cœlum ascendere : Scio enim q̄ id impossibile sit : Sed habeo impletionem Christi per fidem . Ea Christi impletio per fidem mea iam & p̄pria mihi est . Et ipse etiam exercitio ac studio bonorum operum incumbō per acceptam gratiam , ut subinde proficiam ac perfectior fiam . Verum cum longe ab impletione perfecta absim , cum in multis succumbam , ac uacillem , ideo credo in Christum , & nomen Domini in uoco , omnium q̄ peccatorum meorum remissionem accipio . Et propter fidem meam in Christum Deus reputat me iustum propter iusticię omnis auctorem Dominum Christum , qui legi cumulatissime satisfecit . Huic Christo hoc beneficium acceptum sero .

Ad quartum obiectum respondeo . Fateor me ferre posse , cū tanto ḡre alieno pressus & tanto onere grauat⁹ sim , e quo emergere meis uiribus nunq̄ possem , ut alius pro me dependat , & meum debitum dissoluat . Quid magis haberet in uotis indigentissim⁹ debitor & miser captiuus , q̄ ut liberaretur & redimeretur ? Cum igitur hanc debiti mei dissolutionem , hanc op̄m & redemptionē clementissimus Deus & indulgentissimus pater ille cœlestis mihi in Christo citra me-



## DIALOGVS

um meritum, cum adhuc inimicus eius et tu  
 us captiuus essem, e mera & gratuita miseri  
 cordia mihi destinavit & promiserit, cur er  
 go immensam illam misericordiam & max.  
 mihi necessarium auxilium, quod offertur,  
 non expetere summis uotis? cur id non ac  
 ceptare? Quae esset maior insania quam si id re  
 pudiarer? In solutione huius debiti mei, seu  
 in hac mei redemptione Deus plane & lucu  
 lenter declarauit & ostendit *ὑπερβαλλόντα φλοῦρον*,  
 imperscrutabiles diuitias paterni sui erga nos  
 affectus, fidei, amoris, & gratiae in Christo  
 promissae, in quo solummodo iustus & iu  
 stificator esse, eiusque ineffabilis bonitas, mi  
 sericordia & philanthropia, uere agnoscitur,  
 & proinde etiam cum gratiarum actione  
 iusticia & bonitas eius praedicatur & glori  
 ficantur. Dives est in misericordia, diues in  
 omnes qui inuocant eum, Ephe. 2. Ego mi  
 ser & egenus sum. Opus habeo ipsius auxi  
 lio. Ab ipso promittitur gratia. Ego opus  
 habeo gratia. Cur ergo oblatam gratiam cum  
 gaudio & gratiarum actione non accipe  
 rem? Sic dilexit mundum, ut filium suum uni  
 genitum nobis dederit, qui nos ex omnibus  
 calamitatibus & miserijs liberaret, qui esset  
 noster mediator, noster expiator, nostrum  
 propiciatorium, ut omnis qui credit in eum  
 non pereat, sed habeat per eum uitam aeter  
 nam



## DIALOGVS

nam, Ioan. 3. & Ioan. 4. Si Deo meo iuxta  
immensam misericordiam sic uisum fuit, ut  
dilectus ipse filius maledictio pro me fie-  
ret, ut ego per ipsum a maledictione & dam-  
natione liberarer, certe beneficium hoc sum-  
mum non debeo nec uolo repudiare, sed  
ambabus uulnis oblatum amplecti, eiq; pro  
tanto beneficio sempiternas gratias agere.  
Quam uis autem magna adhuc infirmitate  
laborem, tamen oro per gratiam acceptam  
ne mea uoluntas mala, sed Dei uoluntas si-  
at in me, doleoq; me non esse per omnia mū-  
dum & me Dei præceptis non præstare eā  
quam debeo obedientiam in omnibus.  
Nec dubito quin meus redemptor Christi  
sit me per spiritum suum & sanguinem suū  
plane mundaturus & innouaturus, ut nihil  
mali & immundi in me residuum maneat.  
Nam iam cepit id facere, scioq; q; salutifera  
mors & potens resurrectio eius in me non  
sint futurę infirmitatę & inefficaces.

Ad quintum respondeo. Scio q; Deus  
nolit iniquitatem nec probare possit pecca-  
tum. Est enim sanctus, & uult ut nos quoq;  
sanctissimi. Certe filium suum dilectum  
in mortem non tradidit pro peccatis nostris  
ut in peccatis maneremus, sed ut a peccatis  
liberati & plane emūdati, utq; tanq̄ sancti si-  
lij Dei ei seruiremus in sanctitate & iusticia.



DIALOG VS

Præcepta sua non dedit frustra, nec frustra aut ludens minatus est impœnitentibus peccatoribus temporales & æternas pœnas.

Sexto loco uere Diabolicam machinã admouisti, proq; more & ingenio tuo, pro infinita animi tui amarulentissimi acerbitate & inuidia, conuicijs atrocissimis & mendacijs impudētissimis onerasti Lutheranos quos sic uocas. Hos ferre non potes. Docēt enim opulentam gratiam perfectæ redemptionis in Christo, per quam solam iustificamur & saluamur, potentissime, constantissime & clarissime contra tuum damnatum & pestilentissimū errorem per Pelagianos inductum, qui fidebant operibus suis, conabanturq; proprijs operibus & uiribus in carne legem implere, gratiam promereri, (quod tamen impossibile erat) iusticiam & salutem consequi, sicq; Christum abnegabant & in totum sepelebant, omnemq; eius gloriam & beneficia erga nos obsecrabant. Et hoc ferre potes. Nihil tibi gratius fieri potest. Nam hac doctrina infernum replere potes. At illa uerba non sunt inania & friuola, cum miser peccator Euāgelio credit, suaq; peccata uere pœnitentiam agens ac de ijs dolens confitetur & agnoscit, ad uitæ meliorem frugem relipiscit, se in ijs ubi peccauit emendat, nec sua propria imperfe

& a



## DIALOGVS

cta opera, sed infinita merita & opera Christi se uero Dei iudicio opponit, & sine presumptione fiduciam suam omnem in gratia Dei in Christo promissam locat. Idque semper fecerunt omnes uere pii. In summis periculis, in extremo agone mortis ex animo agnouerunt se esse coram Deo miseros & damnatione dignos peccatores, nec suis meritis fisci sunt, sed cum propheta dixerunt: Domine, ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens, suosque oculosque longissime ab omnibus proprijs meritis remouerunt in merita Christi, eiusque mortem & resurrectionem solummodo & inconniuenter respicientes. Sic fecit et S. Bernhardus, qui quamuis multa bona opera fecisset, seque in obedientia preceptorum diuinorum diligenter exercuisset, tamen cum moriendum ei esset, non illis suis operibus fiscus est, sed Dei clementiam & gratiam impetravit dicens: Domine perditae uixi, & te perditae consumpsi, sed hoc me consolatur, quod cor contritum & humiliatum non despicis. Et D. Augustinus psal. 31. Si uis esse alienus a gratia, iacta merita tua.

Ad septimum & octauum obiectum tuum, quod dixisti nos scripturam sacram interpretari prohibito, & uiolenter detorquere ad stabiliendas nostras opiniones, respon-



## DIALOGVS

deo, te pro tua uirulenta mentendi & calū  
niandilibidine impudenter mentiri. His ui  
rulentis mendacijs conaris omnem laborē  
nostrum, quem in propaganda & docenda  
Euangelij doctrina sumimus, reddere sus  
pectum, & impedire ne fructum aliquem fe  
rat: sed mendacia illa tua, quantumuis spe  
ciosa, & multa, tandem tamen prodentur,  
uincetq; gloriose ueritas & manebit in æter  
num. Palā est em̄, nos non docere fidē mor  
tuam aut infrugiferam, sed ueram, constan  
tem, & uiuam fidem in Christum, quę per  
dilectionē operatur, & multos fructus fert.  
Vbi scriptura docet bona opera, ibi & nos  
bona opera docemus, multoq; diligentius,  
prudētius & melius, q̄ Pharisei & Saducei  
sub Papatu. Nam ponitur a nobis primo  
omnium fundamentum solidum, ui delictet  
fides, unde omnia bona opera proficiscun  
tur, & tanq̄ e fonte promanant. Hoc funda  
mento iactō, docemus omnis generis bona  
opera, & quę cuiusq; sint in qualibet uoca  
tione officia. Nam ideo nos Deus iustifi  
cat per fidem in Christum, ut iustificati sem  
per iuste uiuamus & innocentiam uite con  
stanter tueamur & colamus. Huic uerę fidei  
in Christum tribuimus omnia illa, quę scrip  
tura ei tribuit.

1. Hęc fides iustificat nos. Ro. 3. 4. Ga. 2. 3



## DIALOGVS

2 Per hanc fidem adoptamur in filios Dei  
Ioan. 1. Gal 3.

3 Per hanc fidem accipimus remissionem  
peccatorum. Act. 10.

4 Hæc fides adfert pacem conscientiam,  
Rom. 5.

5 Hæc fides accipit uitam æternam. Ioan. 3.

6 Hæc fides implet legem. Apprehen-  
dit enim uerum & unicum legis factorem  
aut impletorem, eumque sibi proprium uen-  
dicat. Apprehendit & spiritum Christi cum  
donis ipsius, sine quo lex impleri aut fieri  
non potest. Ro. 10. 3.

7 Hæc fides est gloriosum & magnificum  
Dei opus. Ioan. 6.

8 Sine hac fide nemo Deo placere potest  
Heb. 11.

9 Hæc fides est unicum medium seu or-  
ganon, per quod ab initio mundi omnes san-  
cti iustificati & Deo accepti facti sunt, per  
quam etiam res maxime & stupendas patraru-  
nt, per quam & Dei promissionem appren-  
derunt & acceperunt, Heb. 11.

10 Hæc sola fides est iusticia coram Deo,  
hæc sola regnum cælorum consequitur.  
Ro. 3. Matth. 5. 5.

11 Hæc fides est uictoria piorum, qua  
mundum uincunt. 1. Ioan. 5.

12 Hæc fides in Euangelica historia per



## DIALOGVS

Christum magnifice predicatur, ubi dicit :  
Fides tua te saluum fecit & c.

Viden hic, spiritus mendacissime, nos nō docere fidem mortuam, inanem, & infrugiferam, sed illam ipsam fidem, quam Prophete docuerunt, quam Christus tanto opere uexit, quam Apostoli predicauerunt, de qua Marcus dicit cap. 9. Credenti omnia possibilia. Et ab initio uera Ecclesia fecit & credidit, quam damnare non potes, licet nos facimus & credimus de impletione legis, de bonis operibus & de fide. Nec oborto collo scripturas ad nostros sensus cogimus, non uim illis ullam facimus, sed intelligimus & interpretamur scripturas iuxta analogiam fidei, ut pia sit sententia, & ut eas uera intelligit & accipit Ecclesia. Augustinus in Ioannem Tract. 3. cap. 1. nobiscum sentiens sic ait. Omnes qui per Christum iustificati, iusti, non in se sed in illo. Nam in se si interrogas, Adam sunt, in illo si interrogas, Christi sunt.

Et lib. 1. Retract. ca. 19. sic ait iuxta sacram literarum sententiam. Omnia mandata, facta deputantur, quando quicquid non frignoscitur.

Viden quod nostri iustificatio in hac uita non sit personalis perfectio & plena impletio preceptorum Dei, sed gratuita & clemens



## DIALOG VS

clemens condonatio inobediencie nostre,  
 & imputatio iusticie propter Christum. Et  
 Ambrosius ait in Rom. ca. 7. Is implet legē,  
 qui in Christum credit. Itē Grego. in psal. 4.  
 Fides est iusticia, sine qua fide nemo iustus  
 esse potest. Hieronymus in Sopho. ca. 2.  
 Querent iusticiam quæ nulla alia est q̄ Chri-  
 stus ipse.

Hæc indubie uere piorum fides illis tē-  
 poribus fuit, cum hi, quos citauī, fuerint præ-  
 cipui Ecclesie doctores. Sic & Haymo in  
 Habacuc. ca. 3. Christo omnem iustificatio-  
 nis gloriam transcribit, dicens. Omnis  
 mea uirtus, omnis mea iusticia est Christus,  
 qui Deus meus est. Sic intelligimus scriptu-  
 ram de iustificatione peccatoris non secus q̄  
 sancta Ecclesia eam semper intellexit & in-  
 terpretata est.

Ad nonum respondeo. Si in his articu-  
 lis doctrina nostra est sophistica, ut nobis  
 obijcis falso, tum & illis temporibus sancti  
 Ecclesie doctores sophistica usi sunt, quos  
 hoc ipso damnas, q̄ nos damnas. Sed fal-  
 so nos sic accusas, & cum nos sophistica uti  
 dicis, scelerate mentiris. Cum uere & rite de  
 gratia Dei nos iustificante in Christo uolu-  
 mus loqui, tum nec potest nec debet qui q̄  
 de ea aliter loqui, q̄ de ea D. Paulus & alij  
 doctores Ecclesie primæ classis, uno ore lo-  
 quuntur.

G





## DIALOGVS

cuti sunt. D. Paulus testat peccatorē iustificā  
ri nō operib<sup>9</sup> sed fide, hoc est, fiducia gratiæ  
Dei in Christo promissæ. Rom. 3. Id perin  
de est ac si dixisset, Peccator tantum saluatur  
& iustificatur ex gratia & misericordia Chri  
sti non ob dignitatem honorum operum  
aut proprij meriti. Hanc Pauli doctrinam  
ueteres doctores Ecclesię probe intellexe  
runt, ideoq; scripserunt solam fidē in Chri  
stum iustificare. Sic enim loquitur Augusti  
nus in quęsti. ex uete. Test. q. 44. Ambrosi  
us in Rom. & Gala. Hilarius canone 8. in  
Matt. ca. 9. Chrysostr<sup>9</sup> 1. Tim. 1. & Ro. 3.  
Orige. Rom. 3. Theophylactus Gal. 3. Di  
dymus Alexandrinus in secūdum caput Ia  
cobi; Hęcq; loquendi formula de nostri iu  
stificatione olim fuit tam usitata in Ecclesia,  
ut & recentiores Ecclesię doctores ea sepi  
cule usi sint, uidelicet Sedul<sup>9</sup> super 3. ca. ad  
Ro. 3. Item Thomas Aquinas Gal. 3. Cu  
rfan<sup>9</sup> Cardinalis, Bruno Carthusianus, Ni  
olaus Gorranus & alij.

Si ergo hęc loquendi formula, uidelicet  
q; dicimus, solam fidē iustificare, offendi  
culosa esset, ut tu dicis, certe ueteres illi or  
thodoxi doctores & Episcopi ea usi non fu  
issent. Verum cum sic docuerint & scripse  
rint in ædificationem & salutem multorum  
hominum, cur igitur non & nos ea formu  
la



## DIALOGVS

la uteremur? Sed sic est, De gratia Dei gra-  
tuita nihil audire sustines, nihilq; te magis  
offendit, q̄ cum ea predicatur. Ideoq; calū-  
nijs & conuicijs nos tuis obruis. Hinc ille la-  
chrymæ, hoc est quod te urit & male habet.

Verum quidem hoc est, si hac loquen-  
di formula uellemus prohibere & impedi-  
re bonorum operum studium, tum non si-  
ne graui offendiculo sic loqueremur, & im-  
pie etiam doceremus, essemusq; ueri hęreti-  
ci, sed sic loquimur ob maximas & summe  
necessarias rationes. Debemus enim gratiã  
Dei in Christo ubiq; sartam tectam conser-  
uare, magnifice, & pleno ore bonaq; fide  
depredicare & extollere. Id autem hoc mo-  
do loquendi rite & pulchre aptissimeq; fit.  
Necq; enim hæc est nostra sententia, cum hoc  
loquendi modo utimur, q̄ fides in homine  
sola aut sine fructu in homine existere aut  
manere debeat, sed statim per charitatem  
omnis generis bona opera operari debet,  
ad Dei gloriam & proximi utilitatem.

Perinde itaq; est, siue dicamus fides iusti-  
ficat sine operibus, uel uti Paulus dicit, Ro. 3  
Deus saluos nos facit per misericordiam su-  
am non ex operibus nostris, Tit. 3, & uel uti  
Petrus ait Act. 15. Credimus q̄ salutem cõ-  
sequamur per gratiã Domini Iesu Christi:  
Siue dicamus cum ueteribus Orthodoxis



## DIALOGVS

doctoribus: Sola fides iustificat aut saluat.  
Non enim aliud his uerbis uolumus, q̄  
nostra iusticia & salus eterna proficiscatur e  
gratuita & mera gratia Dei in Christo pro  
missa, q̄ Christus hæc tanta beneficia nobis  
promeruerit, non nos ipsi, q̄ promissã gra  
tiam & misericordiam Dei aut Christum  
non aliter q̄ fide apprehendere possimus.  
Et hæc est consilio ac fides totius Ecclesię  
Catholicę.

Quod autem dicimus nullum malum  
opus damnare, id hoc sensu dicitur, q̄ dam  
natio originaliter ex incredulitate cordis, p  
ficiscitur. Mar. 16. Qui non credit, condem  
nabitur. Ioan. 3. Qui non credit iam iudica  
tus est. Vbi fides non est, ibi nec bona ope  
ra sunt. Vbi incredulitas est, ibi mala opera  
sunt. Etsi autem in hoc sensu nullum malum  
opus damnat, tamen cum docemus plebem  
pro concione, dicimus, malis operibus  
damnari hominẽ, quia mala opera sunt fru  
ctus incredulitatis, quę sola damnat.

Ad decimum obiectum tuum itaq; re  
spondeo, q̄ his loquendi formulis, quibus  
uulgus offendi p̄sser, non temere ubiq; uti  
mur, sed aut interpretamur nostra uerba,  
aut utimur apud eos qui causam nostram in  
telligunt. Nã semper docuimus & docem̄,  
omnibus uiribus bonorum operum studiũ  
colendum



## DIALOGVS

colendum esse, diligenter etiam urgemus, quantum referat bene operari, quā ampla etiā premia habeat studium bonorum operū, & quā grauis poena, afflictio & omnis generis plagę improbitatem & dissolutionem perfligatę uitę consequantur. Hic uides nos et nostram causam niti non inani & falsa friuolae aliqua fide, sed uera & tali fide, quę per charitatē & omnia bona opera efficax est, quę hominem renouat, sic ut summo studio conetur & cupiat sobrie, iuste & pie uiuere in præsenti seculo.

Habes iam fundamentum meum cui nitor & tuto niti possum. Concedo tibi quod lex me merito maledictioni subiecerit: quia obedientiam quam legi debui non prestiti. Nihilosecius tamen salutē spero. Quia Christus redemptor meus me a maledictione legis liberauit, cum in cruce pro me maledictū factus est, mihiq; benedictionem eternā peperit & attulit, ut nūc habēā ipsum remissionē omnium peccatorū meorū, utq; coram Deo nunc iustus sim. Ipse enim iusticia mea coram Deo factus est, & uerbum Dei dicit mihi Esa. 28. & Rom. 9 quod non confundatur quisq; qui credit in Christum: Huic mordicus & indiuisse adhareo & inherebo. Fide & spe innitar & affigam me huic petrę meę Iesu Christo, contra quem inferorum porta



DIALOGVS

te non praeualere. Maledixisti  
que nunq̄ te euerfurum esse scio. Apaga  
igitur a me. Vbi Dominus & Deus meus  
Christus est & manet, ibi & ego mansu  
rus sum in æternum. Amen. Qui  
dignetur augere & conseruare li  
dem meam ad gloriam glori  
osi nominis sui.


Amen.

FINIS.




FRANCOVRTI EX  
officina Petri Brub. Anno Domini  
M. D. XLV.











67  $\frac{12}{2,9}$

X 2198407

Sb.

Hc 807

14.



